optimisque artibus tantum valuere, ut illarum fere omnium auctores ponerentur; nihilotamen secius sub gente, quæ aliquid scire religioni habebat, earum gustum plane amiserant. Arcessiti præsertim fuere Architecti, aliique, qui ædificandi, ædificiaque exornandi arte pollerent; quorum opera sub utroque Rogerio & erecta templa, & domus regiæ constructæ, instructæque; regiumque sacellum, Divo Petro sacrum, intra Panormitanum palatium marmoribus, ac musivo opere exornatum: in queis si Græca, Latinaque elegantia, & concinnitas desiderantur; certe non desideratur amplitudo, & magnificentia. Suburbana item, ne quid vel ad oblectationem deesset, villæ, horti, viridaria, deliciis affluentia, saltus ad venationem, vivaria sumptuose comparata. Populi graviore, quam ferre possent, vectigalium onere non premebantur: & tamen ærarium quidquid ad opera militiæ, & pacis splendide expedienda suffice-

coltivarle: imperciocchè, sebbene i Siciliani una volta nelle scienze, e nell'arti migliori, e più belle a tanta altezza, e valore fussero giunti, che per inventori quasi di tutte quelle si avessero, nulla però di manco sotto gente, che recavasi a scrupolo il saper qualche cosa, il gusto ne avevano totalmente perduto. Architetti particolarmente, ed altri invitati furono, i quali nell'arte di costruire, e adornare fabbriche valenti erano; per la cui opera nel tempo dell'uno, e dell'altro Rogero si videro sacri tempj eretti, reggie edificate, ed abbellite, e la real cappella, a S. Pietro dedicata, entro il palagio di Palermo di marmi, e di mosaico adornata; a' quali edificj, se manca la Greca, e la Latina eleganza, certamente la dignità non manca, e la magnificenza. Ville similmente presso la città, affinchè cosa niuna a dilettazione, e diporto atta mancasse, ed orti, e giardini deliziosi, e boschi da caccia, e altresì vivaj furono sontuosamente disposti. I popoli non erano d'imposizioni oltre le forze loro gravati; e non di meno l'erario tutto ciò, che a nudrire i feroci genj di guerra, e i mansueti studj di

ceret, quia bene administratum, affatim suppeditabat. Affinitates denique cum maximis, potentissimisque Cæsarum, Regum, ac Principum junctæ, connubiaque contracta. Atque hæc omnia, domi, forisque tam præclare gesta, spatio transacta annorum quatuor & sexaginta, quot a devictis Saracenis ad Rogerii Regis obitum effluxerant; ita ut incredibile plane videri posset tam brevi exiguas Nortmannorum res ad tantas opes crevisse, Siculumque nomen ab eis ex tanta ignavia, & barbarie, qua sub tam longa Saracenorum tyrannide pene forduerat, in tantam virtutem, cultum, & splendorem fuisse erectum.

Hic erat Siculi Regni status, ac decus; idemque & belli, & pacis artibus ita instructum; quum Rex Rogerius diem supremum obiit; eique successit Gulielmus ejus filius. Is tantum abfuit, ut avi, ac patris virtutes expresserit, gloriamque ab eis acceptam

di pace, e a compierne splendidamente le opere lasciasse, perchè ben maneggiato, a dovizia somministrava. Parentadi finalmente, e maritaggi si fecero co' più grandi, e più potenti, fra' Cesari, Regi, e Principi. E tutti questi illustri fatti, e queste preclare imprese di dentro, e di fuori, tra lo spazio seguirono di anni sessantaquattro, quanti dalla espugnazione de' Saracini fino alla morte del Re Rogero trascorsero; di modo che incredibil cosa parer potrebbe, che in così breve tempo i tenui principj de' Normanni a tante forze crescuti fossero, e la Sicilia una gente da tanta dappocaggine, e barbarie, onde sotto sì lunga tirannia de' Saracini divenuta era quasi abietta, ed oscura, da essi a tanta altezza di virtù, di coltura, e di splendore fosse portata.

Tale era del Regno di Sicilia lo stato, tale la gloria; e talmente esso era nelle arti di guerra, e di pace colto, e fornito, quando il Re Rogero compiè di sua vita l'ultimo giorno, e a lui succedette Guglielmo suo figliuolo. Questi fu tanto lontano dal ritrarre in se le virtù dell'avolo, e del padre, e dall'

auxerit, ut ne sustinuerit quidem. Fuit fane solerti ingenio, bonus insuper, felixque terra, & mari imperator; magnæque propterea apud exteros famæ; imprimisque divini cultus, sacrarumque rerum studiosus, ac sacrorum hominum observantissimus. Has vero laudes sic vitiis obruit, vitiisque adeo insignis extitit, ut haud injuria *mali* cognomine fuerit inustus: ita enim avarus, ut nihil præter pecuniam undique corradendam, cumulandamque spectare videretur. A curis publicis adeo abhorrens, genioque indulgens, ut totum se suis committeret non solum administris, qui sub Principe non bono, si non pejores, boni esse non solent, sed etiam Eunuchis, quibus Regia erat referta, genere, & re Saracenis, conditione servis, nomine tantum, & specie Christianis (a). Animi præterea impotens, & ad crude-

accrescere la gloria da esso loro avuta in retaggio, che neppur la sostenne. Fu egli, è ben vero, di perspicace ingegno, e pro inoltre, e fortunato capitano per terra, e per mare, e perciò di gran nome presso le straniere genti; e sopra tutto del culto di Dio, e delle divine cose fautore, e de' sacri uomini osservantissimo. Ma queste laudi e' oscurò talmente co' vizj, e ne' vizj si segnalò cotanto, che non a torto fu col soprannome di malo *notato: imperciocchè così avaro era, che non altra cosa pareva di mira avesse, fuorchè carpire da ogni parte danaro, e accumularlo. Avea l' animo dalle cure pubbliche sì fattamente alieno, e dato a' piaceri, che a' suoi affidava tutto se stesso, non a' ministri solamente, i quali sotto un Principe non buono, se non peggiori, almeno buoni esser non sogliono, ma ancora agli Eunuchi, de' quali piena era la Reggia, di razza, e di fatti Saracini, di condizione servi, e soltanto di nome, e di apparenza Cristiani (a). Era in-*

(a) Antiquissimum esse, Principes habere domi Eunuchos, eorumque ministerio uti, liquet ex sacris, & profanis historiis. Eunuchi porro, qui in Regia nostrorum Principum Normannorum ver-

(a) [illegible]

delitatem propensus. Quo factum est, ut Regno usus sit tristi, perturbatoque partium studio, perfidiis, conjurationibus, secessionibus, tumultibus, eodemque foedo internecionibus, vastationibus, excidiis oppidorum, prope civili bello, &, quod indignissimum, ipso Rege ab conjuratis ad necem non semel quæsito, & ab eisdem etiam custodia detento, per breve licet tempus: nam, rei indignitatem Episcopis præsertim conclamantibus, ad eum armis liberandum subitus populi concursus factus est, illud utique suo malo expertum, imperiorum felicitatem non tam potentia, quam imperantium virtutibus constare: ita ut si minus validum, minusque bene erga Nortmannorum nomen animatum Regnum, fidumque a majoribus nactus fuisset, pessum illud sane dedisset; neque integrum, incolumeque, ut transmisit, in filium

inoltre impetuoso, e alla crudeltà inchinato. Laonde addivenne, ch'ebbe un Regno infelice, e sconvolto da' partiti, fellonie, congiure, ribellioni, tumulti, e anzi che no funesto per le stragi, per le desolazioni, per gli esterminj delle città, per una quasi civile guerra, e ciò, ch'è più indegno, per l' istesso Re da' congiurati più d' una volta cercato a morte, e da' medesimi anche fatto prigione, quantunque per breve tempo: imperocchè, forte gridando principalmente i Vescovi all' indegnità del fatto, concorse ben tosto il popolo coll' armi a liberarlo, quella verità in se stesso esperimentata con suo danno avendo, non tanto nella potenza, quanto nelle virtù de' Principi la felicità degl' imperj consistere; di modo che, se men forte, e meno affezionato verso il nome Normanno, e fedele ereditato avesse da' suoi maggiori il Regno, l' avrebbe certamente mandato a male; nè intero, e salvo, come fece, l'avrebbe nel figliuolo in

versabantur, erant ex his Saracenis, quos belli casus fecerat reliquos, & captivos; quique ut plerumque ejuratam quidem ore tenus superstitionem animo retinebant.

usavano, erano del numero de' Saraceni rimasi salvi dall' infortunio della guerra, e cattivi, i quali per lo più la superstizione abbjurata sol colla bocca ritenevano nell' animo, e dentro covavano.

lium suum, & ipsum Guilelmi nomine, transmisisset: cujus quidem vitam, resque gestas in grati animi monumentum ob immortalia beneficia, ab ipso in nostram collata Ecclesiam, mandare literis pro nostra tenui facultate aggredimur.

Guilelmus itaque hujus nominis secundus, tertius post Regnum conditum Siciliæ Rex, ex inclyta Nortmannorum gente, patrem habuit, quem diximus, Guilelmum hujus nominis primum Siciliæ Regem, matrem Margaritam, Gartiæ II. Navarræ Regis filiam, fratres Rogerium, Robertumque natu majores, minorem Henricum (a). Ortus est Panormi anno MCLIV.

un col nome di Guglielmo tramandato; la cui vita, e le cui geste secondo le nostre deboli forze ci accingiamo ora a descrivere in contrassegno di gratitudine per gl' immortali benefizj da esso lui alla nostra Chiesa dispensati.

Guglielmo adunque di questo nome II., e dopo la fondazione del Regno, terzo Re di Sicilia, dell' inclita gente de' Normanni, ebbe per padre il dianzi detto Guglielmo di questo nome I. Re di Sicilia, per madre Margarita figliuola di Garzia II. Re di Navarra, e per fratelli Rogero, e Roberto di età maggiori, ed Enrico minore (a). Nacque in Palermo nell' anno 1154. l' anno medesimo, nel quale, morto Rogero suo a-

vo-

(a) Communiter dantur Guilelmo I. tres tantum liberi, nempe Rogerius, Guilelmus, & Henricus contra expressum testimonium Romualdi Salernitani scriptoris æqualis Guilelmo, ejusdemque consanguinei, qui in Chron. ad 1154. ei quartum attribuit, nempe Robertum, cui pater dederat principatum Capuæ, eumdem post obitum Roberti delatum Henrico. Hoc Romualdi testimonium latuit Pirrum; quandoquidem in sua Chronologia nostrorum Regum asserit de hoc Roberto nusquam invenisse fieri mentionem; sed non præteriit Beltrandum, a Pirro citatum, nec diligentissimum juxta, ac eruditissimum Camillum Peregrinum, in

(a) *Comunemente si danno a Guglielmo I. tre soli figliuoli, cioè Rogero, Guglielmo, ed Enrico contra l' espressa testimonianza di Romualdo Salernitano scrittore contemporaneo, e parente del Re, il quale nella sua cronaca all' anno 1154. gli ne aggiugne il quarto, vale a dire Roberto, cui aveva il padre dato il Principato di Capua, quello stesso, che per la morte di Roberto passò poi ad Enrico. Non ebbe il Pirri presente questa testimonianza di Romualdo, giacchè nella sua cronologia de' nostri Re confessa di non avere in alcuna parte trovato farsi menzione di questo Roberto. Ma pur non sfuggì a Beltrando citato dal Pirri, nè al diligentissimo del pari, ed eruditissi-*

mo

MCLIV., eodem, quo vita functo Rogerio avo, ejus pater Regni gubernationem celebri iniit pompa; ita ut gratulationes salutationis paternis in Regem natalis ejus gratulationes exceperint.

Et profecto nunquam lætitia de Principis alicujus ortu potiore jure capta est illa, qua Guilelmi natalis fuit concelebratus; quandoquidem is futurus erat, ut de se verum fecerit tritum illud apud nos proverbium ex spina nasci rosam; *malique* nota patris nomini hæserit, non tam quod talis ipse moribus exstiterit, quam ut a filio, cui contrarii mores contrarium, idest *bonus* cognomen indidere, distingueretur. Quæ quidem bonitas in eo ab incunabulis eluxit, conjuncta cum summa venustate & gratia oris, cæterisque corporis dotibus: proinde cunctis carus, atque in deliciis erat. Vix permittebatur stare, vel sedere, vel in-

volo, il dì lui padre entrò con solenne pompa al governo del Regno; di modo che le feste per l'avvenimento del padre al soglio furono seguite dalle congratulazioni pel nascimento del figliuolo.

E per vero dire allegrezza alcuna della nascita di qualche Principe non fu presa giammai più giusta di quella, onde fu festeggiato il natale di Guglielmo; dappoichè tale era egli per essere, che in sua persona avverossi quello appo noi trito proverbio, dalla spina nascer la rosa; e rimase al nome del padre la nota di malo, *non tanto perchè costui tali costumi avuti abbia, quanto perchè dal figliuolo, al quale gli opposti costumi l'opposto soprannome di* buono *meritarono, si distinguesse. La qual bontà fin dall' infanzia in lui tralusse, a somma venustà, a grazia di aspetto, e all' altre doti del corpo congiunta: per loche a tutti caro era, ed amabile. Non lasciavasi stare in piedi, o sedere, o camminare; ma a gara ora* uno

in Tius castigationibus in Anonymum Cassinens. ad ann. 1172.

no Camillo Pellegrino nelle sue ... fatte all' Anonimo Cassinese ... anno 1172.

incedere; certatim eum modo unus gestabat in sinu; modo alius amplexu fovebat; nunc unus excipiebat in genua; per manus nunc alter ducebat; cuncti onerabant osculis; nihilque reliqui faciebant, ut illi quoquo pacto blandirentur; ita ut non uni modo pædagogo addictus, sed veluti communis omnium alumnus esse videretur. Admistum vero oris suavitati tantum dignitatis, & majestatis, ut amorem simul, & obsequium ipsi compararet. Ab ineunte ætate ita se religiosum, ac pium præbuit, ut conjectura augurari quisque posset, religione, pietateque nihil ipsum totam vitam antiquius, ac potius habiturum. Tam felici indoli par non defuit disciplina; quæ, si ulli, est iis maxime necessaria, qui ad regendos alios nati sunt. Habuere Guilelmus, ejusque fratres præceptorem, qui ipsorum puerilem ætatem moribus, & literis informaret, Gualterium Ophamillium (a) Britannum, tum

uno portavalo in seno; ora altri stringevaselo al petto; chi sel recava in sulle ginocchia, e chi per mano lo conducea; tutti lo caricavano di baci; nè maniera alcuna tralasciavano, onde accarezzarlo; in guisa che non a particolare ajo affidato, ma allievo di tutti pareva. Mista però alla natia dolcezza tale dignità, e tanta maestà gli lampeggiava sul viso, che si attraeva di tutti l' amore non men, che l' ossequio. Dalla prima sua età religioso talmente, e pio diedesi a divedere, che ciascuno ben poteva trar conjettura, niuna cosa dover in tutto il corso della sua vita stargli più a cuore, e calergli della religione, e della pietà. Ad una indole sì felice non mancò corrispondente educazione; la quale, se ad alcuno è necessaria giammai, ella lo è massimamente a coloro, che a reggere gli altri son nati. Guglielmo, e i suoi fratelli ebbero per precettore a formare la lor tenera età ne' costumi e nelle lettere Gualtieri Offamillio (a) Inglese, allora Arcidiacono della Chiesa di Cefa-

(a) Anglice idem valet dicere *Gualterius*

(a) *La lingua Inglese Gualtieri Offamillio*

tum Cephaleditanæ Ecclesiæ Archidiaconum, obscuro quamvis loco natum, probitate tamen, & doctrina virum sane dignum, cui tantorum Principum, & in tantæ spem reipublicæ educendorum institutio concrederetur. Quod munus tanta cura Ophamillius obiit, ut opuscula quædam ad suorum regalium discipulorum, & præsertim Guilelmi usum composuerit. Aliquando, dum in schola Guilelmus, & Henricus exercebantur, parum abfuit, quin ab iis deprehenderentur, qui e palatii carcere elapsi regia in cubicula, spirantes Regis, Regiæque familiæ exitium, irrupere. At præceptor Gualterius sub primum motus rumorem Principes pueros tutum in locum deductos e periculo eripuit.

fatti, uomo, comechè di oscuro lignaggio, per probità, e dottrina degno di avere alla sua fede commessa l'istituzione di Principi così grandi, e di tanta pubblica aspettazione. Nella quale incombenza con tanta cura l'Offamilio adoperossi, che alcune operette ad uso de' suoi Reali discepoli, e in particolare di Guglielmo compose. Un dì, mentrechè in iscuola esercitavansi Guglielmo, ed Enrico, poco mancò, che fossero da coloro soppresi, i quali dalla prigione del palazzo fuggiti entrarono violentemente ne' reali appartamenti pieni di mal talento, e cospiranti all' esterminio del Re, e della Sovrana famiglia. Ma il precettore Gualtieri, come prima ebbe sentore del tumulto, dal soprastante pericolo sottrasse i giovanetti Principi, e in salvo condusseli.

Anno 1166

Duodecimum agebat annum

Aggiugneva egli all' anno do-

---

rum Ophamillius, quasi Italice *Gualteri del Molino*: vox composita ex præpositione *Off* quæ *del* significat, & *Mill*, quod sonat *Molino*.

ho val l'istesso, che Gualteri del Molino, *parola composta dalla preposizione* Off, *che vuol dire* del, *e* Mill, *che significa* Molino.

num (a), quum Rex ejus pater, Panormi morti proximus, ipsum utpote natu majorem, quandoquidem Rogerius, & Robertus jam letho cesserant, hæredem Regni scripsit, Henrico alteri filio superstiti Capuæ principatu, quem eidem vivus assignarat, prælegato, minime tamen indicatis ingentibus, quos congesserat, obrueratque, thesauris. Superstites quoque reliquit Constantiam sororem innuptam, posthumam ex

dodicesimo (a) di sua età, quando il Real genitore in Palermo vicino al termine della vita, lui come di età maggiore, poichè già morti erano Rogero, e Roberto, dichiarò erede del Regno. Ad Enrico altro suo figliuolo ancor vivente legò lo già assegnatogli principato di Capua, senza però avere punto indicati i gran tesori, che accumulati avea, e sotterrati. Lasciò altresì sopravviventi Costanza sua sorella donzella, postuma, nata di Beatrice quin-

(a) Etsi apud Falcandum legimus Guilielmum in Regnum successisse annos quatuordecim, Romualdus Salernitanus Archiepiscopus tamen, scriptor etiam illius temporis, natum tunc annos tantum duodecim asserit. Quem nos cum Fazello, cum Auctore Historiæ Civilis Regni Neapolitani, aliisque sequi maluimus, propterea quod, si Guilielmus II. in lucem venit eodem anno, quo pater ad Regni gubernacula accessit, nempe anno 1154 tempore hujus interitus, qui evenit in annum 1166, habere plus annis non poterat, quam annos duodecim. Accedit, quod in hac re potius standum cum Romualdo, qui annales texens temporum rationi magis institit, quam cum Falcando, in cujus scriptis aliquid mendi irrepsisse potuit. Romualdo tandem ætas Guilielmi notior esse debebat, quam Falcando, quippe Romualdus fuit familiaris, & consiliarius utriusque Guilielmi, imo Regum consanguineus, contra Falcandus alienigena, & in aula non versatus.

(a) Benchè presso Falcando leggiamo esser Guglielmo succeduto nel Regno in età d'anni quattordici, però Romualdo Salernitano Arcivescovo, scrittore ancora di quel tempo, afferisce, ch'ei aveva dodici anni solamente; l'opinione del quale ci piacque meglio di seguitare con Fazello, coll'Autore della Storia Civile del Regno di Napoli, e con altri; perchè, se Guglielmo II. venne alla luce nell'anno medesimo, nel quale il padre fu assunto al governo del Regno, cioè a dire nell'anno 1154. nel tempo della sua morte, che accadde nell'anno 1166, non poteva aver più di età, che anni dodici. Oltrechè in ciò piuttosto convien rimetterci al sentimento di Romualdo, il quale scrivendo le cronache va più dappresso alla ragion de' tempi, che il Falcando, nella cui opera potè qualche errore esser trascorso. Finalmente l'età di Guglielmo dovea essere più a Romualdo, che a Falcando nota, atteso che Romualdo fu famigliare, e consigliere dell'uno, e dell'altro Guglielmo, anzi consanguineo de' Re, al contrario Falcando forestiere, ed punto alla corte accostumato.

ex Beatrice natam quinta patris sui conjuge, & Tancredum, Rogerii Ducis Apuliæ fratris sui majoris natu filium ex nobili pellice, filia Roberti Aletii Comitis, susceptum (a): qui Tancredus, quod fuerat perduellionis insimulatus, patria profugus in Græcia tum versabatur, alti animi, multæque prudentiæ juvenis, & insuper literarum studiosus; & quod tempestate illa perrarum, mathematicarum, & præsertim astronomiæ, & musices non indoctus. Utrumque filium tutelæ Margaritæ matris sagacis ingenii mulieris commisit; cavitque, ut quoad Guilelmus, nondum per ætatem imperio maturus, per se non posset, illa Regnum tutorio nomine (b) administraret, adhibitis in consilium

quinta moglie di suo padre, e Tancredi figliuolo di Rogero, suo fratello maggiore, avuto da nobile concubina figliuola di Roberto Conte di Lecce (a): il qual Tancredi per accagionamento di ribellione fuggiasco per la Grecia allora aggiravasi, giovane di alto animo, e di molto senno, e inoltre di lettere studioso; e ciò, che era in quella stagione molto raro, nelle matematiche, e particolarmente nell'astronomia, e nella musica non imperito. Alla tutela di Margarita loro madre, donna di sagace ingegno, commise l'uno, e l'altro figliuolo; e ordinò, che infino a tanto, che Guglielmo non ancora in età di governare, far nol potesse da per se, essa siccome tutrice (b) amministrasse il Regno, adoperando que' consiglie-

(a) Quod ab aliquibus scribitur, Tancredum nimirum natalibus fuisse restitutum ob nuptias matrem ejus inter, & Rogerium consecutas, ut parum idoneis nixum testimoniis, probatioribus non probatur scriptoribus. Vide Auctorem Historiæ Civilis Regni Neapolis tom. 2. lib. 14.

(b) Id est tanquam Balia, ut lingua illius ætatis dicebatur, quod idem sibi vult ac tutrix.

(a) Ciò, che alcuni scrivono, vale a dire essere stato Tancredi legittimato per le nozze tra la madre di lui, e Rogero contratte, come appoggiato a testimonianze di poco buona lega, da più gravi, e accreditati scrittori non approvasi. Si legga l'Autore della Storia Civile del Regno di Napoli nel tom. 2. al lib. 14.

(b) O Balia, come nel linguaggio di quel secolo si diceva, che vale l'istesso, che tutrice.

lium eisdem, quos ipse præcipuos, gratioresque administros habuerat, nempe Ricardo Palmerio designato tunc Episcopo Syracusano, Matthæo Agellio Notario, & Gayto Petro (a). Ricardus claro loco in Britannia natus, non minus eloquentiæ, & eruditionis, quam civilis prudentiæ, ut illis temporibus, erat eximiæ. Matthæus Salernitanus, prope a puero in aula enutritus, ex Regio Scriba, unde ei *Notarii* cognomen mansit, ad munus Vicecancellarii evectus, rerum publicarum usu eminebat, cum propter obita munia, tum propter familiaritatem cum Majone, in quem tota administratio Regni incubuerat. Gaytus Petrus Eunuchus pro præfecto classis, & cubiculo præpositi munere fungebatur. Is

gli eri medesimi, ch'egli avuti avea principali, e più favoriti, vale a dire Ricardo Palmeri eletto allora Vescovo di Siracusa, Matteo Agello Notaro, e Gaito Pietro (a). Ricardo nato di chiara schiatta in Inghilterra non men per eloquenza, ed erudizione, che per civile prudenza era in riguardo a que' tempi eminente. Matteo Salernitano cresciuto nella corte, dal grado di Regio Scrivano, onde resfogli il soprannome di Notaro, *all' uffizio di Vicecancelliere innalzato, nella esperienza degli affari pubblici ogni altro avanzava sì per le cariche esercitate, che per la dimestichezza con Majone avuta, cui stata era appoggiata tutta l' amministrazione del Regno. Gaito Pietro Eunuco avea la carica di viceammiraglio, e di maestro di camera. Costui, come gli altri*

(a) *Gaytus*, sive *Caytus*, militaris muneris nomen apud Saracenos, idem valens quod *speculator*, *excubator*, *custos*, vel *dux castri*, & oppidi, Vide Cangium in Gloss. verbo *Caytus* vel *Gaytus*. Itaque hic Gaytus Petrus, & alii, quorum in Sicula Historia, & in diplomatibus nonnullis Normannorum Principum mentio fit, erant custodes, sive duces castrorum, oppidorumve.

(a) Gaito, o *sia* Caito, *nome di carica militare appo i Saraceni importante lo stesso, che* guardia, o comandante *di fortezza, o di città. Si vegga il Glossario di Cangio alla parola* Caytus, o Gaytus. *Adunque cotesto Gaito Pietro, ed altri, de' quali nella Storia Sicula, e ne' diplomi de' nostri Principi Normanni si fa menzione, erano governatori, e comandanti di fortezze, o di città.*

Is periade, ac cæteri Eunuchi, origine, & animo Saracenus, Christianum simulabat; Reginæ tamen favore præ cæteris perfruebatur: apud populum vero infamia proditæ reipublicæ laborabat; nam, quum subsidio Aphrodisii (*a*), quam simul cum alia urbe in ora Africæ Guilelmus obtinebat, a Saracenis obsessæ, cum classe missus fuisset, nulla tentata re, nec aliquo ab hostibus accepto detrimento, imo vix ab eis conspectus, conversis præter omnium opinionem proris, in fugam se dederat: quam quidem fugam, & jactura septem triremium, & Aphrodisii deditio, alteriusque amissio urbis consecutæ erant.

Defuncto Rege mense Majo MCLXVI. Margarita verita, ne rebus subitis, imparatisque, populus in paternæ dominationis odium contra filium commoveretur, mariti mortem per

tri Eunuchi, d'origine, e d'animo Saraceno, fingeva di esser Cristiano, sopra tutti però in grazia della Reina tenuto, ma presso il pubblico infamato di slealtà; imperciocchè spedito con una flotta in soccorso della città di Afrodisio (a), che con un' altra possedea Guglielmo in su la costa di Africa, e che da' Saracini era assediata, senza avere pur un minimo tentativo fatto, nè da' nemici ricevuto alcun danno, anzi appena veduto da loro, voltate incontanente addietro contro l'aspettazione di ognuno le prode, si era messo in fuga: della quale fuga conseguenze erano state e lo scapito di sette triremi, e la resa di Affrodisio, e la perdita dell'altra città.

Venuto il Re a morte nel mese di Maggio dell' anno 1166. Margarita temendo, non il popolo al subito improvviso caso si commovesse in odio della paterna dominazione contra il figliuolo, per al-

(*a*) Sic a veteribus appellabatur urbs, quæ postmodum *Africa* dicta, & ab incolis *Mahadia*, in Regno Tunetano continetur.

(*a*) *Così dagli antichi appellavasi la città, la quale poi detta Africa, e da' paesani* Mahadia, *è nel Regno di Tunisi compresa.*

per aliquot celavit dies, quoadusque cum Regni proceribus, in Regiam ad id accitis, consultum, deliberatumque fuit, ut puncto temporis eodem, quo mariti obitus palam fieret, filius Rex consalutaretur. Ast aliter, quam a Regina metuebatur, evenit: populus namque, quæ Siculorum fides erga suos justos Principes, etiam non satis commodos, semper exstitit, & magno luctu Regis mortem, & pari gaudio successoris salutationem prosequutus est. Extincto itaque Regi continuos tres dies insigni lugubri apparatu parentatum. Per hoc triduum cives omnes atrati: mulieres vero, nobilesque matronæ, ne demptis quidem honestiorum Saracenorum uxoribus, quorum Saracenorum haud exiguus superat tum Panormi numerus, pullis vestibus, facci formam referentibus, opertæ, passis crinibus, turmatim, & ancillarum præeunte agmine, diu noctuque civitatem obibant, eam ululatu complentes; & ad pulsata tympana cantu flebi-

alquanti dì celò la morte del marito fino a tanto, che co' maggiorenti del Regno, chiamati alla Corte, si tenne consulta, e deliberossi, che nel tempo medesimo, in cui la morte del marito si pubblicasse, fosse acclamato Re il figlio. Ma altramenti avvenne, che si temea dalla Reina, imperciocchè il popolo, secondo la fedeltà, che i Siciliani a' loro legittimi Principi, anche incomodi, han osservata mai sempre, e grande corrotto fece della morte del Re, e con pari festa acclamò il successore. Furono adunque al trapassato Monarca per tre giorni continui con solenne luttuoso apparato fatti magnifici funerali; nel qual tempo i cittadini vestirono tutti a bruno; e le donne, e le nobili matrone, nemmeno eccettuate le mogli de' più ragguardevoli Saracini, de' quali non picciol numero allora rimasto era in Palermo, in lugubre sopravvesta a foggia di sacco, e co' capelli scarmigliati, e sparsi, di giorno, e di notte, a schiera con una torma di fantesche, che le precedevano, giravano la città tutta, d' urli riem-

bili, næniifque refpondentes (*a*).

Exactis diebus Regis exequiis præstitutis sepelitur in regio facello. Et ne maturius, quam par effet, luctus publicus ex patris interitu fufceptus intermitteretur, haud ante menfem Julii Guilelmus nofter maxima Pontificum, & Optimatum acclamatione, plaufuque populi in principe Panormitano Templo, more, iostitutoque majorum (*b*) Regiam corooam fufcepit. Inauguratus fuit a Romualdo Guarna ejus propinquo, Salernitano Archiepifcopo, Panormitano ob Hugonis obitum renunciato; qui, quum effet in medica arte excellens (*c*), fuerat a patre in Regiam accitus, ut ipfi in extremo morbo adeffet. Sufce-
pta

riempiendola, e al mesto suono de' timpani con flebili cantilene rispondendo (*a*).

Trapassati i giorni alle reali esequie prefissi, fu il Re nella reale cappella sepolto. E acciocchè il pubblico lutto non fosse più presto di quel, che si convenisse, interrotto, non prima del mese di Luglio il nostro Guglielmo con grandissima acclamazione de' Vescovi, ed Ottimati, e con applauso universale del popolo nella Chiesa Cattedrale di Palermo, secondo l' usanza, e l' istituto de' suoi maggiori (*b*), *ricevette la Reale corona. Fu consagrato da Romualdo Guarna suo parente Arcivescovo di Salerno, e per la morte di Ugone ad Arcivescovo di Palermo nominato, il quale, essendo nell' arte medica eccellente* (*c*), *era stato dal padre alla Corte chiamato per assistergli nell' e-*

D *ste-*

(*a*) Simili ratione ea tempeftate funera Principum celebrata, patet ex differtatione 22. Muratorii tom. 1.

(*b*) Rogerous enim avus, & Guilelmus pater Panormi a Panormitano Pontifice Regiam coronam acceperant.

(*c*) Illa ætate ars medica non æftimabatur aliena a nobilibus; eamque vel Epifcopi exercebant.

(*a*) *Che sienfi in si fatta guisa celebrati i funerali de' Principi in quella stagione, si deduce dalla dissertazione 22. del Muratori tom. 1.*

(*b*) *Anche Ruggero avolo, e Guglielmo padre ricevuta aveano la Reale corona dall' Arcivescovo di Palermo.*

(*c*) *In quell' età l' arte medica non riputavasi punto a' nobili disdicevole, e l' esercitavano ancora i Vescovi.*

pta corona equo insidens per celebriores civitatis vias in Regiam magna pompa, magnoque concursu reducitur, inclinatis ad se tum forma corporis, cui novum decus, novaque gratia illa die accessisse videbatur, tum indolis opinione, tum etiam ætatis misericordia omnium animis, illorum quoque, quorum in patrem odium ad interitum stirpis respiciebat: sibi enim quisque persuaserat, paternam invidiam innocenti puero fraudi esse non debere; satiusque esse sub optumæ spei Principe se rebus secundis servare, quam novis turbis, novisque periculis objicere.

Hanc exspectationem haud fefellit eventus: namque ab Regia dignitate nihil in Guilelmo imminutum innatæ benignitatis; aucta tamen cum majore dandi facultate liberalitas: simulque & regnare, & munificum se præbere præser-

tim

strema sua malattia. Presa la corona il giovinetto Principe passando a cavallo per le principali contrade della città con solenne pompa, e gran concorso di popolo alla Reggia si restituisce, avendo sì per la bellezza della persona, cui nuova dignità, e nuova grazia parcano essersi in quel giorno aggiunte, sì pel concetto, che si avea della sua indole, e sì ancora per compassione alla età, piegati a se gli animi di tutti, e di coloro eziandio, il mal talento de' quali contra il padre mirar sembrava alla distruzione della schiatta: imperocchè si era ognuno ben persuaso, che l'odio paterno tornar non dovesse in pregiudizio dell' innocente figliuolo; e che meglio fosse sotto un Principe di ottima speranza il riserbarsi a felici successi, che l' esporsi a nuovi tumulti, e a nuovi pericoli.

Nè altrimenti avvenne, che il loro avviso era stato, e la loro aspettazione; imperocchè per la Reale dignità non si scemò punto in Guglielmo la natia benignità: crebbe però in lui colla maggior facoltà di dare la liberalità; ed il cominciare a regnare, e l'

usar

tim erga Ecclesias cœpit. Regina porro filii ingenio obsecundans nihil, quod ei benevolentiam, qua acclamatus fuerat, confirmaret, reliquum fecit. Omnes, qui in custodiis detinebantur, liberati, noxisque exempti. Redditi patriæ, & fortunis, qui a demortuo Rege in exilium acti, proscriptique fuerant. Comes Acerranus, Rogeriusque Avellini Comes cum Rege cognatione conjunctus, & ipsi extorres revocati. Tancredo item filio, uti diximus, notho Rogerii Ducis Apuliæ, qui in Græcia exul agebat, reditus in Siciliam permissus; attributusque insuper Aletii Comitatus, qui juris Roberti ejus avi materni fuerat. Civitates, & oppida a pœnis, quibus erant constricta, absoluta, in gratiamque recepta. Populus vectigalibus levatus; abolitumque illud, quod redemptionis nuncupabatur (a), tam

usar munificenza principalmente inverso le Chiese fu per esso una cosa medesima. La Regina poi assecondando l' inclinazione del figliuolo niente lasciò in dietro di ciò, che gli potesse confermare la benivoglienza, con cui stato era acclamato. Tutti i prigioni furon liberati, e dalle pene assoluti. Gli esiliati, e i proscritti dal defunto Re alla patria ridonati, e a' beni loro. Richiamati il Conte di Acerra, e Rogero Conte di Avellino congiunto di sangue col Re, anch' essi fuorusciti. Permesso similmente a Tancredi figliuolo, come abbiam detto, naturale di Rogero Duca di Puglia, esule in Grecia, il ritorno in Sicilia; e in oltre conceduta a lui la Contea di Lecce, che di ragion del suo nonno materno stata era. Le città, e castella dalle pene, onde erano astrette, sciolte ad un tempo, e in grazia rimesse. Il popolo dalle imposizioni alleviato; e abolita quella, che di redenzione appellavasi (a),

 tan-

(a) Quo scilicet crimina redimebantur. Hac enim tempestate apud genter Septentrionales, quarum una Normanna nostra erat, fere pro delictis multæ, & eæ etiam pro levibus noxis gravi-

(a) *Imposizione per appunto, colla quale redimevansi i misfatti. In tal tempo appresso le genti Settentrionali, delle quali una era la nostra Normanna, s' ordinarie multe per delitti, e queste gra-*

tam grave, ut propemodum ad desperationem provincias trans fretum adduceret. Publicata feuda antiquis dominis restituta. Novis feudis nonnulli donati. Provecti ad Comitatus dignitatem Ricardus Sagius, ejusque filius Rogerius, Hugo Rupefortius Regis affinis, Jocelinus, Simon Sangrensis, Guilelmus Silvestri Comitis filius, aliique. Militiæ stipendia duplicata. Ex tribus Consiliariis, qui a patre Regno administrando fuere designati, summa rerum redacta in Gaytum, Syracusano designato Episcopo, & Matthæo Notario ea tantum parte relicta, ut Gayto in omnibus dicto audientes consilio, & opera præsto essent. Gaytus enim, quamvis non modo, ut indicavimus, simulatæ religionis esset, verum etiam sibi parum constaret, par-

tanto pesante, che le provincie di là dal Faro inducea pressochè a disperazione. I confiscati feudi restituiti agli antichi padroni. A taluni nuovi feudi concessi. Innalzati alla dignità di Conte Riccardo Sagio, e il di lui figliuolo Rogero, Ugone Roccaforte parente del Re, Jocelino, Simone di Sangro, Guglielmo figliuolo del Conte Silvestro, ed altri. Raddoppiati gli stipendj della milizia. De' tre Consiglieri, che dal padre furon destinati al reggimento del Regno, la somma del governo si ridusse in Gaito Pietro, niun' altra parte lasciata all'Eletto di Siracusa, e a Matteo Notaro, se non se quella di stare agli ordini di Gaito, e di ajutarlo di lor consiglio, ed opera; imperciocchè Gaito, benchè fusse non solamente di finta religione, come accennammo, ma incostante ancora, e di poco animo, e consiglio, avea non

vissimæ irrogabantur: vide Muratori diss. 11. tom. 1. Verum sub Guilelmo primo, utpote pecuniæ impotenter appetente, hujusmodi multis nullus aderat modus. Vide Auctorem Historiæ Civilis Regni Neap. tom. 2. lib. 12. cap. ult.

gravissime eziandio per leggiere colpe imponevansi. Vedi la dissert. del Muratori 11. tom. 1. Ma sotto il governo di Guglielmo I., siccome di danajo oltremodo cupido, a sì fatte multe non v'era misura, nè regola. Vedi l'Autore della Storia Civile del Regno di Napoli tom. 2. lib. 12. cap. ult.

parvique esset & consilii, & animi, vitiis tamen minus, quam alii, urgebatur, nullumque pravi ingenii indicium adhuc exprompserat; imo lenitate, & affabilitate commendabatur; eratque non solum alieno abstinens, quod in præcipuis illorum laudibus, qui negotiis publicis præsunt, ponendum est, verum etiam sui largus maxime erga milites; quos largitionibus magnopere sibi adjunxerat. Itaque tanta rerum mutatio brevi facta est, ut Siciliæ facies longe alia, quam erat, subito apparuerit; modo tristis, & misera, nunc læta, & felix, a præsentibus bonis præteritorum malorum memoria pene obliterata.

Ut autem Divinum Numen propitium Regno suo quamprimum redderet, haud moratus est Guilelmus religionem suam supremo Religionis Antistiti præstare, missis ad Alexandrum hujus nominis tertium, qui tum Pontificatum maximum obtinebat, legatis, qui illum de pietate, studioque suo

non pertanto meno difetti degli altri, nè fino allora dato avea saggio di perversa natura; anzi di mansuetudine, ed affabiltà commendavasi; e non che la mano dalle sostanze altrui tenea lontana; il che è da annoverarsi tra le principali laudi di coloro, che agli affari pubblici preseggono: ma l' allargava in pro di tutti, e massimamente de' soldati, che a forza di sue profusioni si avea sommamente obbligati. Ond' è, che in poco tempo così mutaron faccia le cose, che ben altra da quella, che era, subitamente apparve la Sicilia, e d' aspetto di gran lunga diverso; grama pur dianzi, e misera, ora lieta, e felice, da' presenti beni la memoria de' trapassati mali pressochè cancellata, e spenta.

Guglielmo affin di rendere alla bella prima Iddio al suo Regno propizio non indugiò punto a testificare la religion sua al supremo capo della religione, inviati ad Alessandro III. di questo nome, il quale al governo sedea del sommo Pontificato, ambasciadori, che della sua pietà, e della sua divozione verso la

suo erga Ecclesiam certiorem facerent; simulque ipsi pro trans Pharum provinciis de more fidei, obsequique sacramentum dicerent. Auspicatissima quoque primordia Regni Guilelmi II. fecit Divæ Rosaliæ Virginis Panormitanæ post transactam asperrimam, sanctissimamque in solitudine vitam transitus circa hæc tempora in cœlum; ejus præsentissimam opem in difficillimis suis temporibus & patria, & Insula universa semper experta sunt.

la Chiesa il certificassero; e ad un tempo secondo l' usato costume gli prestassero il giuramento di fedeltà, e di omaggio per le provincie di là dal Faro. Felicissimi ancora renderò i principj del Regno di Guglielmo II. il passaggio a un di presso in questa stagione al cielo di Santa Rosalia Vergine Palermitana dopo una vita asprissima, e santissima in solitudine menata; il cui patrocinio, ed ajuto ne' suoi tempi più calamitosi ha sempre mai e la patria, e l' Isola tutta esperimentato efficacissimo.

Anno 1167

Diutinum erat bellum inter nostros Reges, & Imperatores cum Græcos, tum Germanos. Agebatur de summa rei. Contendebant enim Cæsares, nullo licet jure, Nortmannos, quicquid in Italia possidebant, ex Romano imperio sibi usurpasse, decerpsisseque. In hujusce belli societatem ab Friderico Ahenobarbo Sueviæ Duce, qui tum imperium Germanicum moderabatur, illecti Genuenses, & Pisani, pacti

Lunga era stata la guerra tra' nostri Re, e gl' Imperadori sì Greci, che Alemanni. Trattavasi della somma delle cose. Imperocchè pretendevano i Cesari, sebbene ingiustamente, che, quanto i Normanni possedevano in Italia, usurpato avessero, e tolto al Romano impero. A collegarsi seco in questa guerra avea Federigo Barbarossa Duca di Suevia, che allora reggeva l' impero Germanico, tratti i Genovesi, e i Pisani, i quali se

cum Imperatore erant, ut classem ad Siciliam, Apuliam, & Calabriam repetendas contribuerent. At, quum Guilelmus noster regnare cœpit, ex Græcorum parte manebat fœdus cum patre initum; ex parte Germanorum erat ab armis quies. Neque in continentis provinciis a dynastis, qui ab superiore Rege defecerant, profugique agebant, motus alius factus; nisi quod Andreas Rupiscaninæ Comes, & Ricardus Aquilensis Comes Fundorum, vix Regis obitu percepto, in unum, vel alterum oppidum impetum fecerunt; eisque re subita, & improvisa nonnihil attulere cladis: sed brevi, ac nullo negotio perduellibus hisce compressis, sic tranquilla omnia in iis quoque remotis regionibus se se habuerunt, ut Guilelmo vacuum fuerit mittere auxilia Alexandro Pontifici maximo; qui tum hostilia omnia perpetiebatur a Germanorum copiis, quas Fridericus, a Paschali Pseudopontifice solicitatus, Romam inimico adversus Alexandrum

se gli erano obbligati a somministrar le loro flotte per ricuperare la Sicilia, la Puglia, e la Calabria. Ma, quando a regnare cominciò il nostro Guglielmo, dalla parte de' Greci durava l'alleanza fatta col padre, e dalla parte degli Alemanni tregua godevasi. Nè da' Baroni, ch' eransi dal morto Re ribellati, e in quà, e in là fuggiaschi andavano, fecesi nelle provincie del continente altro movimento, se non che Andrea Conte di Rocca Canina, e Ricardo dell' Aquila Conte di Fondi appena risaputa la morte del Re corsero a furore ad una, o due terre, e a quelle per sorpresa qualche danno apportarono: ma dopo non guari spazio, e di leggieri raffrenati costoro, in tanta calma, e tranquillità si rimisero anche in quelle lontane provincie le cose, che agio ebbe Guglielmo di mandar soccorso ad Alessandro sommo Pontefice, che allora ogni ostilità dalle truppe Alemanne soffriva, le quali Federigo da Pasquale Antipapa instigato, con animo infesto contro d' Alessandro in persona a Roma movendo, avea innanzi spedite. In

drum animo contendens præmiserat. In hacce expeditione Siculi castrum Comitis Bassævillæ, qui partium Cæsariarum erat, invadunt; castrumque aliud natura loci, & Germanico præsidio validum obsident. Sed, quum ipse Cæsar cum reliquo exercitu ad Romanorum fines progressus jam nostrorum castris immineret; essentque nostri admodum tantis viribus impares, deserta obsidione, se fugæ mandarunt. Imperator cos ad amnis trajectum assequutus non paucos captivos fecit: & recepto castro Comitis Bassævillæ, eique restituto, Romam petens, aliqua ex parte eam occupavit; summasque in angustias Alexandrum adduxit. Quæ ubi Guilelmo allata fuere, ut fidem, pietatemque suam communi parenti præstaret, eidem continuo duas probe classiariis instructas triremes ad perfugium, simulque ingentem pecuniæ vim ad belli sumptus transmisit. Alexander perquam grato animo pecuniam accepit; naves vero, quoniam se tutum adhuc

In questa spedizione i Siciliani assaliscono il castello del Conte di Bassavilla, che partegiano era dello Imperadore; e un altro castello assediano per la qualità del sito forte, e di buona guernigione Tedesca munito. Ma avanzandosi lo stesso Imperadore col rimanente dell' esercito verso Roma, e già già agli accampamenti de'nostri sopraſtando, perchè erano eglino a tante forze di molto inferiori, abbandonato l' assedio a fuggire si diedero. Lo Imperadore al varco del fiume raggiuntili, non pochi ne fece prigioni: e ricuperato il perduto castello del Conte di Bassavilla, e a lui restitutolo, fattosi a Roma, ne occupò parte, e ridusse Alessandro alle strette. Il che come prima fu a Gughelmo rapportato, egli per dare al comun padre riprova di sua fedeltà, e pietà, incontanente per iscampo di sua persona gli trasmise due corredate, e assai bene armate galee, e insieme gran somma di danajo per le spese della guerra. Alessandro di assai grande animo il danajo accettò; ma le navi, perchè si credea ancor sicuro in Roma, ri-

fine Romæ ferebatur, in Siciliam remisit una cum Joanne Cardinali Neapolitano, & Ubaldo Cardinali Ostiensi, eo consilio, ut ii cum Guilelmo rationes inirent, quibus se, suamque dignitatem contra Fridericum tueri, rebusque suis consulere posset. Magnam pecuniæ partem Pontifex Romanis Proceribus, qui pro ipso stabant, custodibusque portarum, ut eos in fide contineret, impertitus est. At nihilominus Romanis ad Cæsarem inclinatis, aliena veste cum aliquibus Cardinalibus concubia nocte Roma dilabitur; & Circæos, Anxuremque transgressus, Cajetam pervenit; unde pontificalibus vestimentis resumptis se Beneventum recepit, a Beneventanis honorificentissime exceptus.

Jam vero, dum Guilelmus Pontificis Maximi quieti studet, ejus Regia turbis non vacat. Quibus aliqua potentia cum ambitione, & temeritate conjuncta erat, ii Regis pueritia, & non satis firmo muliebri imperio confisi, de sibi quis-

rimandò in Sicilia insieme con Giovanni Cardinal di Napoli, ed Ubaldo Cardinal d' Ostia, affinchè questi con Guglielmo concertassero del modo, come sostenere la sua dignità contra Federigo, e provvedere alle sue bisogne potesse. Il Papa una gran parte distribuì di questo danajo a' Signori Romani, che erano del suo partito, e a' custodi delle porte per mantenersegli fedeli. Niente di meno gli animi de' Romani inchinando dalla parte di Cesare, egli travestito con alquanti Cardinali di fitta notte tacitamente di Roma dileguossi; e trapassando monte Circello, e Terracina a Gaeta pervenne; donde rivestitosi degli abiti Papali si riparò in Benevento, da' Beneventani a grande onore ricevuto.

Or mentrechè Guglielmo per procurare adoperasi al Pontefice Massimo la quiete, non va esente dalle turbazioni la sua Reggia. Coloro, ne' quali qualche potere con ambizione, e temerità era accoppiato, nella tenera età del Re, e nel femminile non ben

quisque vendicanda publicis in rebus potestate concertabant. Harum turbarum auctor, & caput is exstitit, qui magis ab eis pro suæ muneris sanctitate alienus esse debebat, Gentilis scilicet Agrigentinus Episcopus; participes adjutoresque illos habuit, a quibus ob communis ministerii honorem frater a flagitio maxime absterrendus erat, Archiepiscopos nempe Romualdum Salernitanum, & Rogerium Rheginum, ac Tristanum Episcopum Mazariensem. Hi quidem Pontifices in Regia tum omnes morabantur, Consiliariosque Regis gerebant; ut erat illorum temporum infelicitas, quod Episcopi derelictis sponsis, neglectisque Religionis officiis, se se addicebant Principum obsequio; tricisque aulicis implicabant. Erat Gentilis Thuscus genere. Is vivo Guilelmo, ut sibi regiam existimationem, popularemque auram captaret, piam jejuniisque exercitam vitam mentitus erat; eo mortuo, jejuniis intermissis, delicatam, dissolutam-

fermo governo affidati, facevano a gara ciascuno di prendere mano nelle cose pubbliche. Autore, e capo di queste commozioni fu chi per la santità del suo uffizio doveane essere più lontano, voglio dire Gentile Vescovo d'Agrigento; e coloro ebbe per compagni, e coadjutori, da' quali per l'onore del comun ministero dalla cattiva impresa era specialmente il fratello da distornarsi, cioè a dire gli Arcivescovi Romualdo di Salerno, e Rogero di Reggio, e il Vescovo di Mazara Tristano. Questi Prelati tutti trattenevansi allora nella Reggia, e facevano da Consiglieri del Re, siccome era l'infortunio di que' tempi, che i Vescovi, abbandonate le spose, e gli offizj di Religione posti in non cale, si attaccavano al servigio de' Principi, e negl' intrighi impacciavansi della corte. Era Gentile di nazione Toscano, Egli, vivente Guglielmo, per accattarsi la regia grazia, e l'aura popolare, avendo infinta una vita pia, ed astinente, quello morto, tralasciati i digiuni, si diede ad un viver molle, e rimesso. Facea ogni gior-

tamque agere cœpit. Laute, & opipare quotidie convivabatur, convivis etiam militibus; & patinas inter & pocula effusa loquendi licentia. Se, suaque insolenter efferebat; alios, alienaque maligne carpebat; jactabatque se, si per auctoritatem liceret, reipublicæ malis medicinam allaturum, eosque, qui eam male gerebant, redacturum in ordinem. Præ cæteris insectabatur suis morsibus Ricardum Syracusanum designatum Episcopum; eumque & apud plebem, & apud primores traducebat, utpote quem competitorem Panormitani Pontificatus, quo Romualdus Salernitanus cesserat, habebat. Idcirco, quum illum pessumdare constituisset, pertraxit in idem consilium Rheginum Archiepiscopum, tam suæ parcum, quam alienæ mensæ cupidum, frequentibus, splendidisque epulis; Archiepiscopum vero Salernitanum, & Episcopum Mazariensem, eis identidem ingerendo, *non esse amplius sufferendam collegæ aviditatem, qua maximas ex* con-

giorno lauti, e sontuosi conviti, tenendo a tavola anche militari, e fra i piatti, ed i bicchieri parlava licenziosamente, e senza ritegno. Milantava se stesso, e le cose sue oltre modo; gli altri, e le altrui cose malignamente mordeva. Vantavasi, che, se avesse l' autorità in mano, ei sarebbe per apprestar rimedio a' mali del pubblico, e per ridurre coloro a dovere, che malamente lo amministravano. Sopra gli altri co' suoi morsi perseguitava l' Eletto di Siracusa, e lo diffamava e presso il volgo, e presso i grandi; perciocchè suo competitore era dell' Arcivescovado di Palermo allora vacante per la rinunzia di Romualdo Salernitano. E perciò essendosi determinato di perderlo, trasse all' istesso disegno l' Arcivescovo di Reggio, tanto della sua mensa parco, quanto cupido dell' altrui, con frequenti, e splendidi desinari; l' Arcivescovo però di Salerno, e il Vescovo di Mazara col suggerir loro tratto tratto, essere la cupidigia del collega omai insoffribile, onde dalle concussioni, neppur a' Vescovi

 per-

concussionibus; ne Episcopis quidem parcens, divitias conflaverat; gratiam Regis nimis eum inflasse, majoresque, quam pati possent, attulisse spiritus; hoc de medio sublato, submotum ab aula simul iri transalpinos, omnes, qui illius nitebantur præsidio, quorumque tam intolerabilis superbia erat; verendum, ne adolescentulus Rex Gallis, Britannisque diutius utens, exueret patrium animum, patriosque mores, indueret peregrinos; proinde omnia experiunda, ut Ricardus ab Regia quamprimum exturbaretur. His rationibus perfacile fuit in eamdem conspirationem pellicere Matthæum Notarium, quippe qui sperabat, illo remoto, plus auctoritatis in rebus publicis administrandis derivatum in se iri. Pollicetur itaque omnem suam operam in id clam vero collocaturum. Reginæ mentem explorare non fuit necesse; compertum enim erat, eam Ricardo satis esse infensam, atque ad omne ejus inclinaturam detrimentum; propterea quod vivo marito ipsius poe-

perdonandola, avea ricchezze grandissime ammassato; il favor del Re averlo di soverchio gonfiato, e renduto superbo in guisa da non si poter comportare; rimosso lui dalla corte venirsene in una ad allontanare gli oltramontani tutti, che a lui erano appoggiati, e la cui superbia era intollerabile; essere da temere, non il giovanetto Re usando più lungamente co' Franzesi, ed Inglesi, svestitosi del genio, e costume patrio, prendesse genio, e costume straniero; doversi perciò muovere ogni pietra per discacciar Ricardo dalla corte. *Riuscì molto agevol cosa l' adescare con tali ragioni nella stessa congiura Matteo Notaro; come quegli, che sperava dal dicadimento di lui essere a se per tornare più di autorità nel maneggio degli affari pubblici. Promette adunque di porre in ciò ogni opera, ma di soppiatto. Non fu di mestieri di spiare la mente della Regina, essendo ben conto, aver essa in odio Riccardo, e inchinare ad ogni danno di lui; perciocchè vivente il marito arrogante-*

ftulata procaciter rejicere folitus erat; nec ignorabatur acceptas injurias alte in muliebri animo infidere. Verfabantur adhuc Panormi Cardinales Oftienfis & Neapolitanus. Sane Oftienfis, quum effet ea gravitate, probitateque morum, quæ perfonam fuam decebat, hifce technis ne minimum quidem fefe immifcuit: contra vero ejus collega, quia & pecuniæ, & honorum fumme avidus, & ipfe Panormitano Pontificatui incubans, confpiratis ad opprimendum facrum hominem jam defignatum Epifcopum, cui pro fuo officio opis effe debebat, fe quoque adjunxit; eifque auctoritatem, operamque commodavit fuam. Reftabat, quod caput erat, Gayti Petri animum pertentare. Confpirati enim probe intelligebant, fe nihil profecturos, ni ad æmuli perniciem, illius, penes quem erat fumma rerum, voluntas accederet. Hunc igitur quin ad eorum factionem alliciant, nihil prætermittunt. Obequitantem & ipfi adequitantes non fine fuæ

mente fue dimande ufo era di rigettare; nè ignoravafi, in cuor di donna la memoria delle ricevute ingiurie rimanere altamente fcolpita. Trattenevanfi tuttora in Palermo i due Cardinali d' Oftia, e di Napoli. Il Cardinal d' Oftia, poichè era di quella gravità, e probità di coftumi, che a perfona della fua qualità fi convenivano, nè poco, nè punto in quefte macchinazioni intrigoffi: all' incontro però il compagno, ficcome fommamente e di danajo, e di onori avida era, e afpirante anch' effa all' Arcivefcovado di Palermo, fi collegò coi congiurati ad opprimere un Ecclefiaftico già eletto Vefcovo, cui effer di ajuto per l' officio fuo dovea, loro l' autorità, e l' opera fua preftando. Rimaneva, ed era ciò, che più importava, il tentar l' animo di Gaito Pietro, avvifando bene i congiurati di non poter far nulla, fe a danno dell' emolo non fi univa la volontà di colui, preffo il quale era la fomma delle cofe. Nulla adunque per trar coftui al lor partito indietro lafciano. Ogni giorno lo corteggiano cavalcando in com-

suæ dignitatis detrimento honoris causa quotidie prosequuntur (a). Ejus vitæ a Ricardo insidias parari comminiscuntur; admonentque amicitiæ in speciem, ut sibi prospiciat, suamque perniciem pernicie inimici prævertat. Eunuchus & natura ad suspicionem proclivis, & male erga se affectum Syracusanum designatum Episcopum sibi facile persuadens ex eo, quod ipse a Rege defuncto, ut innuimus, tantummodo illi socius in Regni per tutelæ tempus regimine datus, id totum sibi arrogasset, studium, consiliumque collaudat; atque ad præoccupandam æmuli necem se comparat, jussis interea militibus, ac tribunis, quominus illum, ut solebant, per civitatem, & ad Regiam ventitantem assectarentur. Ut ut autem res occulte agebatur, Ricardo sub-

compagnia di lui per onorarlo non senza discapito del proprio grado (a). Fingono, che Ricardo la morte gli macchinasse; e sotto velo di amicizia l' ammoniscono di riguardarsi, e di prevenire colla rovina del nemico la sua. L' Eunuco e per natura portato a insospettire, e di leggieri persuadendosi verso di se mal affetto essere l' Eletto di Siracusa, perchè dal morto Re, come accennammo, solamente a quello compagno assegnato nel governo del Regno in tempo della tutela, tutto a se arrogato lo avesse, l' affetto loda, ed il consiglio; e si apparecchia a prevenirgli la morte, dato frattanto ordine a' soldati, e a' tribuni, che lui per la città, e alla Reggia spesso vegnente, come erano soliti, non accompagnassero. Comunque però si movesse occultamente la macchina, n' ebbe Ricardo sentore; affidato non di meno al te-

(a) Ea tempestate Regii administri, & aulici Regiam adibant, & per civitatem incedebant equis invecti, ab aliis item equitantibus honoris causa comitati. Nulla apud illius temporis Scriptores rhedarum mentio, quia nullus tunc forte apud nostros illarum usus.

(a) In quella stagione i Regj ministri, e i cortigiani andavano alla Reggia, e camminavano per la città a cavallo, da altri, che cavalcavano per onore accompagnati. Niuna menzione fanno delle carrozze gli Scrittori di quel tempo, perchè niun uso allora per avventura era di quelle appresso i nostri.

ſuboluit; conſcientia tamen fretus nihil commotus eſt; nihilque ſibi cavit. Conjurati vero, ubi ejus conſpiratam cædem in dies prolatam conſpexere; quoniam Gaytus, ut erat inconſtantis, ac timidi ingenii, & a maleficiis abhorrentis, quoties ab illo ſalutabatur, toties ſententiam mutabat, ipſum perſuadere enixi ſunt, ut ſaltem illum ab aula ad ſuam amandaret Eccleſiam; eique in rei publicæ procuratione Archiepiſcopum Salernitanum ſubrogaret. Sed hoc idem præſtare Gaytus cunctabatur; adeout conjurati tedio affecti ab incepto deſtitiſſent, niſi ipſos Rheginus Archiepiſcopus ſuis pravis cohortationibus in pravo propoſito retinuiſſet.

Dum in tanto diſcrimine fortunarum, ac vitæ verſabatur Syracuſanus deſignatus Epiſcopus, ejus bono perquam opportune nunciatum transfretaſſe Meſſanam cum cohorte etſi exigua militum Gilibertum Comitem Gravinenſem. Is in Gallia ex nobiliſſima Per-

teſtimonio di ſua coſcienza niente ſi commoſſe, e niente ſi guardò. Ma, quando i congiurati videro l' ucciſion ſua differirſi d' oggi in dimane; poichè Gaito, com' era di natura incoſtante, e timida, e dal mal fare abborrente, quante volte era da lui ſalutato, tante mutava penſiero, sforzaronſi di perſuaderlo, che almeno dalla corte il mandaſſe alla ſua Chieſa; e nell' ammimſtrazione degli affari pubblici gli ſurrogaſſe l' Arcivescovo di Salerno. Gaito però queſta ſteſſa coſa indugiava a mandare ad effetto; per modo che i congiurati da noja preſi ſi ſarebbero ritirati dall' impreſa, ſe non gli aveſſe colle ſue malvagie eſortazioni l' Arciveſcovo di Reggio nel malvagio diſegno trattenuti.

Mentrechè in tanto pericolo erano la fortuna, e la vita dell' Eletto di Siracuſa, per buona ventura di lui aſſai opportunamente fu la nuova recata, che tragittato aveſſe lo ſtretto di Meſſina comechè con picciola ſquadra di ſoldati Gilberto Conte di Gravina. Queſti diſcendente dalla nobiliſ-

Particensium Comitum stirpe prognatus, propter sanguinis necessitudinem, quæ inter ipsum, & Reginam intercedebat, sub Guilelmo I. in provincias trans fretum demigraverat; ibique sedem fixerat, ab eodem Guilelmo donatus tum dominio Gravinæ, quod est in Peucetia oppidum, tum supremo in illis regionibus copiarum imperio. Mortuo Rege, quum ob infirmam successoris ætatem, & muliebrem tutelam tot turbæ inter purpuratos excitatæ essent, Comes Gravinensis in Insulam ea mente se contulerat, ut Regni gubernacula sibi assumeret. Quare ejus adventu, quemadmodum conjurati, in graviorem distracti curam, ab inceptis contra Syracusanum designatum Episcopum supersedere; ita hic nonnihil respiravit, animumque collegit. Confestim igitur Gilibertum per occultos nuncios de statu rerum certiorem facit; præmonetque cum de Siculorum fallaciis, tum de insidiis, ipsi ab Gayto, ejusque fautoribus metuendis. Cui Comes

lissima prosapia de' Conti del Percese in Francia pel vincolo del sangue, che lui colla Reina collegava, nel tempo di Guglielmo I. nelle provincie di là dallo stretto era venuto, e quivi avea posto piede, e soggiorno, dallo stesso Guglielmo investito sì del dominio di Gravina, ch' è un castello nella terra di Bari, e sì del supremo comando delle truppe in quelle contrade. Dopo la morte del Re essendosi per la debole età del successore, e per la femminile tutela tante turbazioni tra' grandi eccitate, il Conte di Gravina era nell' Isola venuto con intendimento di assumersi il governo del Regno. Per la qual cosa all' arrivo di lui, siccome i congiurati in più grave cura distratti le incominciate trame contra l' Eletto di Siracusa intralasciarono; così costui cominciò a respirare, e a riprender animo. Incontanente per occulti messaggi informa Gilberto dello stato delle cose; e il fa anticipatamente avvisato sì delle fallacie de' Siciliani, che delle insidie da dover temere da Gaito, e da' suoi fautori. Il Conte gli promette, che a tut-

mes se omnibus ejus consilio, & ex communi sententia provisurum recipiens, sine alia mora Panormum proficiscitur; quo ubi pervenit, ecce duæ factiones, & quæ contra, & quæ pro eis faciebat, qui tunc rebus publicis præerant, omni ope contendero, illa, ut in Comitem tota Regni procuratio devolveretur; hæc, ut penes quos erat, consisteret. Gaytus Petrus, ejusque studiosi palam quidem Comitem omni honoris, atque obsequii specie prosequi; clam vero apud Reginam criminari, dictitantes ipsum non Regni dumtaxat curam, sed Regis quoque tutelam expetere; ad quod jurejurando firmandum Cardinalis Neapolitanus se offerre non dubitavit. Quare in tantam Reginæ offensionem Comes venit, ut ejus nequo ab ipsa, neque ad ipsius, ut fit, exemplum ab aulicis ratio ulla haberetur. Hoc illi tanto accidit molestius, quantominus expectatum, minusque erat dignitati suæ consentaneum. Proinde, quum ei tantæ non essent opes, ut

tutte le cose sarebbe per provvedere col consiglio di lui, e di pari consentimento; e senza frapporre indugio son viene a Palermo; dove come tosto fu giunto, ecco due fazioni, quale in disfavore, e quale in favor di coloro, che allora alle cose pubbliche presedevano, l' una forte accesa, ed impegnata a fare ogni sforzo, affinchè nella sola persona del Conte si riducesse l' amministrazione tutta del Regno, l' altra, acciocchè presso coloro, nelle cui mani era, rimanesse. Gatto Pietro, e i suoi aderenti cominciarono apparentemente a trattare con ogni maniera di onore, e di ossequio il Conte, ma celatamente ad incolparlo presso la Reina, e a bucinare, ch' egli alla tutela del Re, non che solo alla cura del Regno mirava: il che a confermare con sacramento non dubitò di profferirsi il Cardinal di Napoli. Onde il Conte in tanta disgrazia cadde della Reina medesima, che nè ella, nè a suo esempio, come per l' ordinario avviene, i cortigiani alcun conto ne tenevano. La qual cosa gli riuscì tanto più molesta, quanto meno aspettata, e

F me-

ut rem vi explicare posset, Reginam adit, cumque ea non modo suam injuriam expostulat; verum etiam libere coram eodem Gayto ei exprobrat, quod *cum tanta procerum indignatione, nihili habitis Comitibus, aliisque prudentibus viris, evirati servi libidini Regnum permisisset; & quod magis ab re erat, Syracusanum designatum Episcopum, ob cujus auctoritatem inconsulta Regis decreta aliquatenus excusabantur, ipsa, quo factiosis hominibus indulgeret, ab Regia ablegare in animum induxisset*. Ad hæc Regina supremam mariti voluntatem prætendit; cujus voluntate Gaytus ei in consilium datus erat; adjecitque, *quandoquidem hic imperio minus aptus videatur, se Comes eidem adjungat; ac sua auctoritate, & prudentia rei publicæ subveniat*. Hic Gilibertus indignabundus, *præclare quidem secum agi*, excipit, *a consanguinea sua, gradumque decori suo belle convenientem attribui, se scilicet vili mancipio exæquando:*

meno al suo grado conveniente. E perciò non avendo egli tanto potere di uscir di affare colla forza, va a trovar la Regina, e con essa non solamente de' suoi torti lamentasi, ma ancora liberamente al cospetto dello stesso Gatto la rimprovera, perchè con tanta indignazione de' grandi, posti in non curanza i Conti, ed altri prudenti uomini, al piacere di un servo eunuco avesse il Regno abbandonato; e quel, ch'era più disdicevole, essa per condiscendere al genio di uomini faziosi, si fosse condotta ad allontanar dalla corte l' Eletto di Siracusa, per la cui autorità le sconsiderate deliberazioni del Re in qualche modo si escusavano. *A questi rimproveri la Regina allega per iscusa l' ultima volontà del marito, da cui le era stato dato Gatto in consigliere, e soggiugne*, che, giacchè non troppo atto l' Eunuco al governo parevagli, se gli accompagni esso, e colla sua autorità, e prudenza sovvenga alle cose pubbliche. *Qui Gilberto pieno di sdegno risponde*, appunto molto bene se essere da una consanguinea trattato, e gia-

210-

do: videat ne hujusmodi consilia ipsam eo deducant, ut suo probro Regis tutela, Regnique administratione privetur: se, *posteaquam coram, quemadmodum ipsa se gereret, inspexerat, nihil mirari, quod in provinciis trans fretum tam male audiat.* Ad talia, & his acerbiora convicia, in quæ contra Reginam Comes prolapsus erat, illa ab lacrymis, sive ab iracundia, sive a pudore expressis, haud temperare quivit; a studio vero suo erga Eunuchum, propositoque illum in gradu per fas, nefasque sustinendi nihil remisit. At Eunuchus, ut præsens plane intellexit, quam infesto erga se animo Comes esset, vim vi propulsandam constituit. Milites itaque, sibi numquam sua liberalitate non obstrictos, novis donariis etiam, atque etiam devincire studet. Eis ducem præfecit Hugonem familiarem suum, virum consilio, & manu præstantem; & Ricardum Mandrensem, qui tum militiæ summum tenebat imperium, ho-

ziosamente un bel grado al suo decoro eguale attribuirsegli, ad un vile schiavo uguagliandolo; che guardi, non questi consigli la conducano a tal termine di essere privata con sua onta della tutela del Re, e dell' amministrazione del Regno; non farsi punto le maraviglie, dappoichè di presenza ha veduta la maniera, com'essa si diporti, che nelle provincie di là dallo stretto abbia sì mal nome. *A tali, e più pungenti rampogne, nelle quali contra la Regina il Conte trascorse, ella non potè rattener le lagrime, o sia dall'ira, ovver dalla vergogna tratte fuori. Ma non rimise un punto della sua parzialità verso l'Eunuco, nè della ferma risoluzione di sostenerlo a dritto, o a torto nel suo grado. L'Eunuco però, come intese di presenza chiaramente di qual animo, e quanto a se avverso fosse il Conte, determina doversi forza con forza ribattere. Ingegnasi adunque con nuove donativi strignere a se vieppiù i soldati, che si avea mai sempre colla sua liberalità obbligati. A questi dà per capitano Ugone suo confidente, uomo di assai per con-*

hominem satis audaciæ, prudentiæ parum habentem, sibique veteri necessitudine conjunctum, novo beneficio conjunctiorem facit: illi siquidem a Regina non sine multorum offensione, dignitatem Comitis, ac una Bovianum, Venafrum, cæteraque Molisii ditionis oppida impetrat; idque, ea potissimum ratione, ut Comiti Comitem opponeret. Quam sane dignitatem Ricardus celebri pompa ad tubarum, tympanorum, cymbalorumque, ut moris erat, sonitum iniit. Hisce ex caussis mirum quantum partium studia exarserint, ex altera parte militibus ferme omnibus in Gayti defensionem, ex altera cunctis Dynastis, optimatibusque in ejusdem perniciem prope in apertam seditionem abeuntibus. Eunuchus interea frequens adequirabat, stipatus copia militum, antecedentibus hastatis, ac sagittariis; & quos plures poterat largitionibus sibi sacramento astringebat. Contra Comes hæc veluti negligebat, contentus

figlie, e per valore; e Ricardo di Mandra, il quale allora avea il supremo comando della milizia, persona di molto ardimento, e di poca prudenza, a se per antica famigliarità già unito, con nuovo benefizio più strettamente congiunge, impetrandogli dalla Regina non senza dispiacere di molti la dignità di Conte, e insieme Bojano, Venafro, ed altre città appartenenti alla Contea di Molise, e ciò principalmente per porre un Conte a fronte di un altro Conte. Della qual dignità Ricardo con solenne pompa a suon di trombe, e di tamburi, e cembali, come l' usanza era, in possesso si mise. Per queste cagioni non si può dire abbastanza, quanto si accesero le fazioni, da una parte quasi tutti i soldati in difesa di Gaito, e dall' altra tutti i Baroni, e gli ottimati in suo danno presso che ad aperta sedizione venuti. L'Eunuco intanto spesso cavalcava cinto da quantità di soldati, precedendo gli astati, e i sagittarj; e quanti più poteva per mezzo di larghi donativi, a se con giuramento legava. Al contrario il Conte queste cose tutte poneva come in non cale,

tus *di*

tus paucorum comitatu, eoque Gayto suspectior. Verebatur enim Comitem virum alioquin gnavum, & prudentem, ignavum simulare, & incautum; & interim grave aliquid cum Syracusano designato Episcopo contra ipsum machinari. Hinc per amicos consilia Comitis perscrutari anxie. At eorum nonnullis nil metuendum, pluribus vero clam ipsi insidias strui affirmantibus, hisce tam variis, discordibusque rumoribus, quoniam magis ad timorem, quam ad spem natura inclinabat, eo desperationis pervenit, ut existimarit saluti suæ consulendi præter fugam nullam sibi reliquam fore rationem. Itaque celocem (a) celerrime remigio, armis, cæterisque opportunis rebus clam adornari; inque eam per noctis silentium thesauros suos impor-

di poco accompagnamento contento, e per questo stesso a Gaito più sospetto; perciocchè temeva, che il Conte, il quale era per altro uomo diligente, e savio, negligente, e mal accorto s'infingesse; e intanto in un coll' Eletto di Siracusa machinasse contro di lui qualche gran colpo. Quindi per mezzo degli amici cominciò ansiosamente a spiare i disegni del Conte. Ma da una parte negando alcuni di essi, che vi fosse cosa da temersi, dall'altra molti affermando, che gli si tendessero occultamente delle insidie, fra questi così varj, e discordi rumori, poichè più al timore, che alla speranza la sua natura inchinava, in tanta disperazione venne, che stimò niun altro argomento restargli fuorchè la fuga per mettersi in salvo. Diede pertanto incombenza, che in fretta una saettia (a) occultamente gli si apprestasse di marinaj, di ar-

me,

(a) Id est *sagitteam*, quo vocabulo utitur Falcandus, ubi Gayti fugam narrat. *Sagittea* porro est navigii genus celerum, sic forsitan propter velocitatem a sagitta dictum. Italice *saettia* apud Boccacium, & Joannem Villanum.

(a) *La saettia, del quale vocabolo latinizzato si è servito il Falcando, dove narra la fuga di Gaito, è una specie di naviglio veloce, forse così per la sua velocità detta dalla saetta: una tale voce si trova usata dal Boccacci, e da Giovanni Villani.*

portari jussit. Postero die Regia sub vesperam egressus per causam adeundæ domus, quam in *Kemoniæ* (a) regione construxerat, cum paucis Eunuchis, quos secum adducendos constituerat, ad mare perrexit; ibique dimissis equis navem primis tenebris conscendens, in Africam profugit ad Seusum Masmudorum, sive Marrochii Regem; cujus quidem pater Abdulmumenus tunc temporis in Africa, & in magna Hispaniarum parte regnabat.

Ut prima luce fama fugæ Gayti Petri urbem pervasit, varie pro variis studiis affectos aspiceres; qui Eunucho favebant, tristitia, & desperatione; qui Gravinæ Comiti, gaudio, & spe. Vulgatur, & hæc opinio plebi inse-de-

me, e di altri opportuni arredi ben corredata; e in quella nel silenzio della notte trasportar fece i suoi tesori. Nel dì seguente di sera dalla Corte uscito col pretesto di andare a veder la casa, che fabbricata avea nel quartiere della Kemonia *(a), con pochi Eunuchi, i quali egli avea stabilito di condur seco, mosse verso il mare; e quivi mandati via i cavalli sull' imbrunire montato in sul naviglio prese la volta d'Africa; e andò a ripararsi appresso Seufo Re de' Masmudi, o sia di Marocco; il cui padre Abdulmumeno in quel tempo in Africa, e in gran parte delle Spagne regnava.*

Come nello spuntar del giorno il grido della fuga di Gaito Pietro per tutta la città si sparse, da diversi affetti commossi erano a vedersi sì gli uni, che gli altri secondo le varie loro inclinazioni, quelli, che Gaito favoreggiavano, tristi e disperati, e quelli, che

(a) Tunc *Kemonia* illa nuncupabatur urbis regio, quæ regalibus ædibus, earumque areæ subjecta ea ex parte, qua ad meridiem vergunt, portis *Cafiri*, & *Montisalti* hodie appellatis continetur.

(a) *Allora* Kemonia *denominavasi quel quartiere della città, che sottoposto al reale palagio, e alla sua piazza dalla parte meridionale fra le porte di* Cassero, *e di* Montalto *oggi contiensi*

derat, Gaytum præter ingens auri pondus, de quo nemini erat dubium, nonnulla regalia insignia secum asportasse. Regina autem prorsus negabat illum quicquam de Regia gaza attigisse, E vestigio Comites, & familiares Regii convenere apud Syracusanum designatum Episcopum, ut de causa, & ratione ejus, quod evenerat, consulerent; hicque Comes Gravinensis adversarii fuga ferox, *se, inquit, hæc, & deteriora metuisse; insani quidem fuisse consilii, servum Saracenum, qui superiore Regno Saracenorum suorum erga classem, & rem publicam prodiderat, in tantam extulisse potestatem; illud sane miraculi loco habendum, quod clanculum introductis in Regiam Masmudis Regem ipsum cum omnibus thesauris abreptum iri non permiserit; quod patrare in animo profecto habebat; & patrasset utique; si ea, quam usurpaverat, potestate, diutius potiri datum fuisset.* Hæc, & his similia Gravinæ Comitis dicta molestè

che pendevano in parte del Conte, di allegrezza pieni, e di speranza. Si divolga, e in questa opinione erasi la plebe fissata, che Gaito, oltre una gran copia di oro, del che niuno dubitava, si avesse seco via portati alcuni ornamenti Reali. Ma la Reina forte negava, aver esso tocca cosa alcuna del Regio tesoro. Subito i Conti, e i famigliari di Corte si ragunarono in casa dell' Eletto di Siracusa per tenere consiglio intorno alla cagione, e alla maniera di ciò, ch' era addivenuto. E quì il Conte di Gravina pien di baldanza per la fuga dell' avversario a parlar comincia, se avere queste, e peggiori cose temute; essere stato veramente stolto avviso lo innalzare a tanta autorità un servo Saracino, il quale nel precedente Regno in grazia de' suoi Saracini avea la flotta, e l' interesse pubblico tradito; doversi aver per miracolo, che ei nascosamente introdotti nella Reggia i Masmudi, non abbia fatto rapire il medesimo Re con tutti i suoi tesori: il che senza fallo meditava di commettere, e commesso avreb-

ste ferens novus Molisii Comes, non minus partium studio accensus respondit, *Gaytum Petrum servum quidem, ut dicebatur, fuisse, sed defuncti Regis testamento solemniter manumissum: ejusque manumissionem novi Regis, & Reginae beneficio confirmatam: quod si vel ipsius Comitis, vel alterius, quicumque is sit, eo prorumpat audacia, ut eumdem Gaytum proditionis arguat, paratum se absentis defensionem suscipere; & singularis certaminis judicio (a) illius fidem comprobare: qui quum instans periculum, & insidias aliter vitare non posset, nihil mirandum, si mortis metu aufugiens quoquo pacto saluti suae consuluerit: in eum culpam rejiciendam, qui ipsum minis, terroribusque*

vrebbe, se quella potestà, che usurpata si aveva, gli fosse stato permesso di tenere più a lungo. *Queste, ed altre simili parole del Conte di Gravina duramente soffrendo il novello Conte di Molise, non meno dall'ardor del partito agitato, e caldo rispose, che* Gaito Pietro stato era veramente servo, come diceva, ma per testamento del defunto Re solennemente dalla servitù liberato; e questo dono di sua libertà per benefizio del nuovo Re, e della Reina essergli stato confermato. Che, se egli, od altri, chi che si fosse, giugnesse a tal eccesso di arditezza di porre cagione allo stesso Gaito di tradimento, era pronto a prendere a spada tratta dell'assente la difesa, e colla decision del duello (a) confermare la fedeltà di lui. Qual maraviglia, se que-

(a) Solemne erat, & legitimum apud populos Septentrionales pro asserenda alicujus innocentia singularis certaminis, sive *Duelli*, ut dicebatur, judicium. Singulare certamen Graecis, Latinis, aliisque humanioribus gentibus, praeterquam in bello, incognitum. Illius extra bellum usum in provincias Romani imperii intulerunt Barbari in tantam humanae, Christianae, & civilis rei injuriam.

(a) *Era in usanza, e secondo le leggi appresso i popoli del Settentrione per confermare l'innocenza di taluno il giudizio del duello. Il duello fuor della guerra fu ignoto a' Greci, a' Latini, e alle altre più umane nazioni. Furono i Barbari, che cotesto costume fuor della guerra nelle provincie del Romano Impero portarono con tanta ingiuria della umana, Cristiana, e civile società.*

que in fugam adegisset.

Hæcce altercatio eo processit, ut Molisii Comes animi impetu abreptus Comitem Gravinensem timidum appellare, indignumque, cui Regius committeretur exercitus: & nisi, qui aderant, se interposuissent, in cladem utique res evasisset. At jussu Reginæ, precibusque Purpuratorum, remissis mutuo contumeliis, in concordiam reducti fuere: quæ quidem concordia tantum abfuit, ut inter eos plane unquam coalere potuerit, quin & ipse Ricardus æque ac cæteri, qui Gayti Petri sequuti erant partes, nunquam destiterint solicitare Reginam, ut Comitem Gravinensem ex Regia amandaret: & quamquam in votis hoc idem ipsa habebat, attamen sine aliqua speciosa causa effi- cien-

quegli, conciossiachè non poteva in altra guisa dal soprastante pericolo, e dalle insidie guardarsi, per tema di morte fuggendosene, in qualche modo abbia alla sua salute provveduto? Tutta in colui doversi la colpa rivolgere, il quale con minacce, e spaventi l'avea a fuggire costretto.

Questa altercazione passò tant'oltre, che il Conte di Molise dal proprio impeto sospinto a tacciare trascorse di poco animo il Conte di Gravina, e a proverbiarlo come indegno di avere il comando dell' esercito del Re: e se non vi si fossero gli astanti intromessi, senza fallo la cosa a strage terminata sarebbe. Ma per comandamento della Reina, e per li preghi de' Signori della Corte, rimessesi scambievolmente le ingiurie, furono a concordia ridotti. La quale però fu tanto da lungi, che infra di loro allignata fosse, che anzi lo stesso Ricardo non men, che gli altri, i quali seguito avevano il partito di Gaito Pietro, mai non ristettero di sollecitar la Reina a mandare il Conte di Gravina via dalla Corte. E benchè essa questo stesso desiderasse, pure non senza qualche colorato pre-

ciendum non arbitrabatur. Reginæ hanc aucupanti suggerit suo, quo cæteros ejus factionis anteibat, astu Matthæus Notarius, falsos rumores in vulgus spargendo, ac etiam literas commentitias recitando, quibus nuntiabatur Fridericum Cæsarem in fines Regni jam jam erupturum. Hinc Regina blandis verbis Comitem adhortari, *ne hoc in discrimine, quandoquidem ipse unus id præstare, & pro officio debeat, & pro virtute possit, rei publicæ desit; maturet se conferre trans fretum; ibique copias contrahat; civitates confirmet; castella præmuniat.* Et Comes, quamquam commentum, technamque probe sensisset, ratus tamen nihil se contra Reginæ voluntatem in Regia posse promovere; periculumque fore, si dolus inimicis suis non procederet, quum penes eosdem cogendi facultas esset, ut vi cum sui nominis ignominia tandem inde expelleretur, contentum se esse præseferens imperio copiarum in provinciis trans fretum ipsi ab Regina proro-

ga-

testo volea recarsi a farlo. Alla Reina, che in cerca ne andava, lo suggerisce colla sua astuzia, onde ogni altro di quella fazione sorpassava, Matteo Notaro, false voci tra'l volgo spargendo, e anche lettere finte recitando, recante l' avviso, che lo Imperador Federico già già era per far impeto ne' confini del Regno. Quindi la Reina comincia con belle lusinghevoli parole ad esortare il Conte, affinchè in tanto pericolo al pubblico uopo meno non venga; conciossiachè ei solo ciò far debba per officio, e il possa per valore; che affretti l'andata sua di là dallo stretto; che raccolga le truppe; che confermi le città; che fortifichi le castella. *E il Conte, comechè ben compreso avesse il bel trovato, pensando non di meno di non poter malgrado della Reina niente avanzare nella Corte; e correre anzi rischio, se la fraude a' suoi nemici non riuscìva, poichè il potere di costringerlo avevano, di esserne alla fin fine con suo disonore cacciato a forza, facendo sembiante di essere contento del comando delle milizie confermatogli dalla Reina nelle provincie di*

là

gato, Andriæque ditione, Bertranno filio data, cum eodem Insulâ abscessit.

Progressus in Regni fines cuncta ibi pacata invenit. Namque, quum Imperator Romæ considens in eosdem invadere meditaretur, tam gravis pestilentia in illius copias, & comitatum incidit; ut non solum militarem turbam magna ex parte absumpserit, sed etiam plerosque Duces exercitus, ac summos Principes interemerit. Nec pepercit insigniorum Germaniæ Ecclesiarum Episcopis, qui, ut illorum temporum præposterus ferebat mos, etiam in expeditionibus Imperatorem assectabantur. Proinde primum in Galliam Cisalpinam, dein in Germaniam regredi cum ingenti clade coactus fuit. Quæ quidem clades violatæ, Pontificem scilicet bello persequendo, religioni communiter versa fuit. Liberato sic ab armis Imperatoris Occidentis Guilelmi Regno, eidem tempore eodem confirmatum otium ex parte Orientis fuit. A Manuele enim Com-

là dallo stretto, e della Contea di Andria data a Beltrando suo figliuolo, con esso lui si partì di Sicilia.

Fattosi a' confini del Regno trovò ivi le cose tutte in tranquillissimo stato: imperciocchè, quando l'Imperadore, in Roma posando, meditava d'invaderli, così grave mortifera pestilenza alle sue genti d'arme si apprese, e al suo accompagnamento, che non solamente consumò della turba militare gran parte, ma ancora molti Capitani dell' esercito, e supremi Principi tolse di vita. Nè pure la perdonò a' Vescovi delle più insigni Chiese della Germania, i quali, sicco-me lo stravolto costume di quei tempi portava, accompagnavan anche nelle militari imprese l'Imperadore. Perciò questi in prima in Lombardia, di poi in Germania fu con grave danno costretto a ritornare. Il che comunemente fu preso per un gastigo di Dio per la guerra, che al Sommo Pontefice facevasi. Liberato così il Regno di Guglielmo dalle armi dell' Imperador dell' Occidente, al medesimo nello stesso tempo fu la tranquillità confermata dalla parte dell'

G 2 *Orien-*

Comneno legati ad Guilelmum venere ad renovandum fœdus cum defuncto Rege ictum, simulque ad offerendas ei nuptias Juramutriæ Cæsaris filiæ, & Imperii hæredis. Fœdus quidem sine mora repetitum; nuptiarum vero negotium protractum. Per idem tempus in Italia, post assiduos a mense Julio ad mensem Novembris imbres, perpetuum ad mensem Januarii sudum fuit, aquilone continenter flante, ac tantam frigoris invehente vim, ut sata non provenirent; lacusque adeo rigerent, ut tuto calcari possent.

Oricnte. Perciocchè da Emmanuello Comneno furono a Guglielmo mandati Ambasciadori per rinnovare l'alleanza già fatta col defunto Re, e insiememente per offerirgli le nozze di Juramutra figliuola dell'Imperadore, e dell'Impero erede. La confederazione fu tosto ratificata; il trattato però delle nozze differito. Nello stesso tempo in Italia, dopo piogge continuate dal mese di Luglio fino al mese di Novembre, vi fu un perpetuo sereno insino al mese di Gennajo, traendo di continuo aquilone, e tanta forza di freddo portando, che non provenissero le biade; e i laghi tanto si agghiacciassero, che calcare potevansi con piè sicuro.

Digresso Gravinensi Comite, Regina in suorum familiarium numerum Molisii Comitem adscivit, utpote Gayto Petro præ cæteris fidum, ac gratum; majoremque ei quam cæteris detulit potestatem. Ob quam, itemque insignem hominis arrogantiam, ac supremum militiæ imperium, quum omnes eum vererentur, adversariis Syracusani designa-

Partitosi il Conte di Gravina, annoverò la Reina infra i suoi famigliari il Conte di Molise, come quegli, che sovra ogni altro a Gaito Pietro fido era, e grato; e a lui maggior potestà diede, che a qualunque altro. Per la qual potestà, e similmente per la solenne alterigia di costui, e pel supremo comando, che aveva della milizia, essendo da tutti temuto, agli avversarj dell' Eletto

ti Episcopi animus hunc ex integro infectandi, fpefque opprimendi redit. Inculcant Reginæ, illius præfertim confilio, atque opera tot fluctus in Regia excitatos; Eunuchumque ad fugam compulfum; idcirco ipfum ab Regia amovendum. Quod, ut fine invidia, quin probabili de caufa, ac veluti cafu factum videatur, Pontificias literas obtinent; queis literis cunctis defignatis Epifcopis denuntiabatur, ut Pontifici Maximo, a quo facrarentur, primo quoque tempore fe fifterent, eo confilio, ut Ricardus per hujufmodi occafionem ab aula diftractus, ad eam non rediret, fed ad fuam concederet Ecclefiam. Has literas ad diem condictam Cardinalis Neapolitanus, qui in hifce movendis machinis primas tenebat, in curiam per fpeciem de re ad fuam legationem pertinente agendi introductus, paucis de hac habitis, coram Rege, Reginaque recitat; adjicitque, fuper quod literæ ferebant, fibi a Pontifice poteftatem factam decernendi quicquid ad rem opus effet, certumque

di Siracufa torna l' animo di perfeguitarlo di nuovo, e la fperanza di opprimerlo. Inculcano alla Regina, efferfi tante tempefte eccitate nella Reggia, e l' Eunuco a fuggirfene forzato, principalmente per configlio, ed opera di lui; e perciò doverfi effo dalla Reggia allontanare. E affinchè fenza loro carico, anzi per probabile cagione, e quafi a cafo fembri ciò fatto, ottengono lettere Pontificie, per cui intimavafi a tutti i Vefcovi eletti di prefentarfi quanto prima al Sommo Pontefice per effer da lui confagrati; e quefto, acciocchè Ricardo per una sì fatta occafione dalla Corte diftaccato non vi faceffe più ritorno, ma alla fua Chiefa fi recaffe. Il Cardinal di Napoli, che nel muovere tali macchine non avea il fecondo, introdotto nella Curia col pretefto di aver a trattare di cofa alla fua legazione appartenente, dopo aver fatte di quefta poche parole, recita le Pontificie lettere alla prefenza del Re, e della Regina, aggiugnendo a ciò, che effe portavano, di effere ftata a lui dal Papa data poteftà di decretare tutt' altro, che all' uopo faceffe, e di coftituire a' Vefcovi eletti un cer-

que terminum, intra quem proficiscerentur, designatis Episcopis constituendi. Ad hæc Ricardus respondit, *se libenter Pontificis mandata quam primum liceret facturum: sed neque terminum, quem Cardinalis ipsi ad id præfiniret, accepturum, nec quidquam, nisi quod in literis expressum, executurum; propterea quod potestas, quam sibi Cardinalis delegatam ostentabat, juribus, institutisque Regni adversabatur* (a). Hac altercatione quod dies esset magna ex parte consumptus, Aulici rem deliberandam in alud tempus differunt, nil tamen de sententia moti Ricardum, quidquid inde detrimenti, fraudisque res publica caperet, a Regia ablegandi: nulla enim præ privatis affectionibus rei publicæ ab eis ratio habebatur; sicque eorumdem æmulationibus omnia perverse se se habebant, ut de-

certo termine, dentro del quale dovessero mettersi in cammino. A questo Ricardo risponde, che egli avrebbe il più presto, che potesse, eseguiti i comandi del Pontefice: ma che nè il termine, che il Cardinale prefigger gli volesse, avrebbe mai accettato, nè fatto nulla fuori di ciò, ch'era nelle lettere espresso; imperciocchè la potestà, che il Cardinalè spacciava di essergli stata delegata, a'diritti, ed usi del Regno opponevasi (a). *Poichè in tale altercazione la maggior parte del giorno fu consumata, i Cortigiani presero tempo a deliberare, fissi però, che che indi di detrimento, e di pregiudizio ne tornasse allo Stato, di rimuovere dalla Reggia Ricardo: imperocchè niun riguardo per le loro private passioni alle cose pubbliche da essi aveasi; ed erano queste per le loro brighe in tale disordine, che desideravasi quasi il defunto Re, per reprimerli; e ad esso dall' Eletto di Stracu-sa*

(a) Confer Ugonem Falcandum Scriptorem coævum. Porro potestas, quam sibi delegatam Cardinalis jactabat, fraudi erat Legati Pontificii potestati, quæ Siciliæ Regibus insidebat.

(a) *Riscontrisi Ugo Falcando Scrittor contemporaneo. La potestà poi che il Cardinale spacciava di essergli stata delegata, era di pregiudizio alla potestà di Legato Pontificio, che ne' Re di Sicilia risedeva.*

defunctus Rex, qui illos reprimeret, tantum non desideraretur; eique ab Syracusano designato Episcopo aptaretur illud Catonis in morte Pompeji, quod fertur, dictum, *eum, quamvis potestatis nullum novisset modum, utilem tamen illo ævo fuisse*. Aulico item sannioni cuidam in Episcoporum, Optimatumque concilio, quod apud Cardinalem Neapolitanum habebatur, pro licentia, quæ hujusmodi homuncionibus in Principum aulis permitti solet, Cardinalem percontanti, *quot milliaris Roma Panormo distaret*, quum Cardinalis respondisset, *itinere quindecim dierum*: *ego*, inquit, *te videns tam facile illinc ventitare, non amplius nos ab Romanis abesse, quam viginti milliaria arbitrabar: si senior Guilelmus viveret, quoniam in Sicilia nec aurum carpendi, nec rixas, & contentiones suscitandi, tibi locus esset, tam longinquam profectionem sæpe hercle non susciperes*. Is nihilo tamen secius Syracusanum designa-

sa appropiavasi il detto di Catone nella morte di Pompeo, cioè che quantunque egli termine al suo potere conosciuto mai non avesse, era non di meno stato utile in quell' età. *Un buffone di Corte similmente in una adunanza de' Vescovi, ed Ottimati, che tenevasi presso il Cardinal di Napoli, per la licenza, che a simil gente nelle Corti de' Principi non rade volte concedesi, avendo al Cardinal domandato*, quanto Roma fosse lontana da Palermo, *a lui, che rispose*, esserci quindici giorni di cammino: io *replicò*, vedendovi tanto facilmente di là spesso quà venire, pensava, che non ce ne avesse delle miglia più di venti. Oh se il vecchio Guglielmo vivesse, poichè in Sicilia nè di carpir oro, nè di seminare zizanie vi si darebbe luogo, affè che non intraprendereste sì spesso un viaggio così lungo. *Egli non pertanto redarguendo l' Eletto di Stracusa di disprezzo per l' autorità Pontificia, non restavasi di premerlo a partire fra il breve termine da lui prescritto, la Regina, la quale le ragioni del Regno sopra ogni altro*

gnatum Episcopum Pontificiæ auctoritatis contemptus arguens, ut inter perbreve dierum ab ipso præstitutum spatium se in viam daret, instare non desinebat, Reginæ, quæ jura Regni potissimum tutari debebat, ob aversum, quem ab illo gerebat animum, minime intercedente, imo obsecundante. Proinde Ricardus veritus, ne dintius per se aperte repugnando in Pontificis Maximi offensionem incurreret, quum nullum aliud effugium illi pateret, consilium init omnibus officiis, muneribusque gratiam Comitis Molisii, qui, ut dictum est, plurimum apud Reginam auctoritatis nactus erat, clam sibi conciliandi, ejusque amicitiam captandi, qua tutus adversariorum ictus ab se repelleret. Res cessit ex sententia; factumque inde est, ut, quum Cardinalis etiam atque etiam coram Regis Consiliariis, qui ad id de nuo convenerant, eum ad profectionem urgeret, ex inopinato insurrexerit Molisii Comes; & ut erat violentus, & insolens, *se admodum mirari*, ait, *illos posthabitis Regni rationibus in eo persistere consi*lio,

tro difender doveva, pel mal talento, che contro di lui nudriva, non opponendovisi, anzi accordandovisi. Per la qual cosa Ricardo, temendo, che apertamente per se stesso di vantaggio facendo resistenza, non venisse ad incorrer la indignazione del Sommo Pontefice, non restandogli altro scampo, prese consiglio di occultamente con ogni genere di offizj, e di doni accattarsi del Conte di Molise la grazia, il quale, come dianzi si è detto, molto presso la Regina avea acquistato di autorità, e con esso lui stringere amicizia, onde assicurato i colpi degli avversarj da se tenesse lontani. La cosa gli riuscì a suo grado; e ne seguì, che, mentre il Cardinale sempre più incalzavalo alla dipartenza dinanzi a' Consiglieri del Re, i quali si erano a quest' oggetto di bel nuovo assembrati, all'improvviso sorse il Conte di Molise, e come era violento, ed arrogante, maravigliarsi, disse, non poco, che essi posti da parte gl'interessi del Regno, in un consiglio sì ostinassero, che salva la fede verso il Re, non sarebbe potuto loro cader in mente, vale a dire,

che

lio, in quod salva fide in Regem descendere non potuissent, ut nimirum Syracusanus designatus Episcopus, vir prudens, & tam ex usu rei publicæ, ab Regia depelleretur, quem Rex, dum inter vivos versabatur, præ ceteris suis familiaribus in pretio habuerit; eidemque animam agens in primis liberos suos commendarit: nec Reginam pati debere, ut is consecrationis, vel alia ex causa, ab aula recederet. Ad hæc, quum Cardinalis subjecisset, *Episcopum, ut fuerit inauguratus, statim reversurum*, Regina repente mutata mente plane professa est, *illum non posse tunc quopiam proficisci, utpote Regno necessarium, alias profecturum, quum temporis opportunitas pateretur.*

Dissolutis sic inimicorum machinationibus, Syracusanus designatus Episcopus in suo mansit gradu; Regiaque aliquantulum a seditionibus conquievit, conversa summa rerum in Molisii Comitem, qui apud Reginam eumdem ferme favoris lo-

che l' Eletto di Siracusa, uomo di senno, e di tanta esperienza nel maneggio degli affari pubblici, fosse di Corte cacciato, quegli, che il Re, mentrechè vivo era, e veggente, ebbe sopra tutti i suoi famigliari in pregio, e cui moribondo avea specialmente i suoi figliuoli raccomandati; nè dover tollerare la Regina, ch' esso di Corte per motivo della consecrazione, od altro si discostasse. *A queste parole avendo il Cardinal risposto, che*, come fosse il Vescovo consegrato, sarebbe tosto per ritornarsene, *la Regina mutato in istante sentimento chiaramente protestò*, non poter esso allora partirsi per alcun luogo, come quegli, che al Regno era necessario; in altro tempo egli poter andar via, qualora l' opportunità il permettesse.

Disciolte così le trame de' nemici, l' Eletto di Siracusa nel suo grado rimase; e la Corte posò alquanto dalle sedizioni, essendo la somma del governo trapassata in mano del Conte di Molise, il quale appresso la Reina quasi quell' istesso luogo di favore,

in

locum, in quo erat Gaytus Petrus, occuparat, vicariam verò Cancellarii potestatem Syracusano designato Episcopo, & Matthæo Notario una exercentibus. Aderant quoque in consiliis Gaytus Ricardus, post fugam Gayti Petri cubiculi factus præpositus, & Gaytus Martinus, qui portoriis exigendis præerat: hisque administris res publica omnis explicabatur. Interim a provinciis trans Pharum advenit Ricardus Sagius, quem antea creatum Comitem commemoravimus, cum uxore sua, Bartholomæi Perisini sorore, ea mente, ut hac dimissa, se cum nobili meretrice, quam deperibat, matrimonio conjungeret. Eum, quoniam, quum copiis in Apulis imperaret, reliquis a demortuo Rege desciscentibus, usque in fide steterat, Regina perquam benigne, & liberaliter accipiens, donavit Fundorum oppido, quod juris fuerat Ricardi Aquilensis adhuc sine spe reditus in finibus Romanorum exulantis; causamque divortii Episcopis, aliisque sacris hominibus expediendam

in cui stato era Gaito Pietro, occupato avea, ed esercitando le veci di Cancelliere l' Eletto di Siracusa in una, e Matteo Notaro. Intervenivano altresì ne' consigli Gaito Ricardo, dopo la fuga di Gaito Pietro fatto Maestro di Camera, e Gaito Martino, che presedeva alla Dogana; e da questi Ministri i pubblici affari tutti maneggiavansi. Frattanto dalle provincie di là del Faro sen venne in compagnia della moglie, sorella di Bartolommeo Perisino, Ricardo Sagio, il quale pur dianzi rammentammo essere stato creato Conte, con intendimento di sposare, ripudiata quella, una nobile meretrice, che amava perdutamente. A costui, poichè, avendo il comando delle milizie in Puglia, erasi sempre mai mantenuto fedele, quando gli altri si erano dal defunto Re ribellati, accolto benignamente, la Regina donò la Città di Fondi, che apparteneva a Ricardo dell' Aquila tuttora esule senza speranza di ritorno ne' confini della Romagna, e commise la decisione della causa del divorzio a' Vescovi, e ad altri Ecclesiastici. Questi prega-

dam commisit. Hi rogarunt Cardinales Neapolitanum, & Ostiensem, ut sibi in hoc judicio, tamquam hujus generis causarum peritiores, adessent. Ostiensis, qui sui collegæ religionem gratia, & muneribus corruptam præsenserat, noluit pro sua integritate hujus disceptationis se quoquo modo esse participem. Causa enim, quæ a Sagio conjugis repudiandæ prætendebatur, nempe quod ipse stupri consuetudinem cum illius consobrina antea habuisset, duorum tantum gregariorum militum levi sane, ac suspecto testimonio probabatur. Nihilo tamen secius Neapolitanus per summam, ut communiter creditum fuit, injuriam, nuptias nullas, atque incestas declaravit; data viro adulterii reo potestate pellicem ducendi, innoxia vero muliere solitudinis sine spe conjugii damnata.

Per idem tempus Panormum itidem advenerat Reginæ frater nothus; qui audito Regis interitu ex Hispania in Siciliam migraverat, Hispanorum manum spe lucri illectam secum ad-du-

garono i Cardinali di Napoli, e d' Ostia di assistere loro in sì fatto giudizio, come più intendenti, ed esperti in tal maniera di cause. Quello d' Ostia, il quale molto bene si era accorto di essersi il suo collega lasciato corrompere dal favore, e da' presenti, ricusò per sua integrità di aver alcuna parte in questo giudizio; perocchè la ragion, per la quale il Sagio intendeva di ripudiar la consorte, cioè, perchè egli prima avuto avesse impuro commercio colla sorella cugina di lei, provavasi solo col leggiero veramente, e sospetta testimonio di due soldati gregarj. Niente però di meno il Cardinal di Napoli a gran torto, siccome fu la comune credenza, nulle, e incestuose dichiarò le nozze, data facoltà all' adultero di torre per moglie la concubina, e proibita l' innocente donna di contrarre altre nozze.

Intorno a questo tempo era in Palermo altresì giunto un non legittimo fratello della Regina; il quale risaputa la morte del Re erasi di Spagna per Sicilia partito, seco conducendo, da speranza di gua-

ducens. Hic Rodericus dictus. Sed, quoniam tale prænomen, tunc insolens apud Siculos, ridiculo eis erat, Regina Henricum vocitandum præcepit. Quæ quidem Hispanica prænomina non multum post temporis, sub Hispanorum nempe dominio, ut est rerum humanarum vicissitudo, nimium quantum familiaria apud nostros evasere. Ei igitur sive Roderico, sive Henrico, etsi a patre, Navarræ Rege, nunquam fuit agnitus, ulloque numero habitus; nihilominus Regina nuptui dedit filiam notham Regis Rogerii una cum Montis Caveosi principatu, ac cunctis oppidis, quæ in Sicilia ad eumdem principatum pertinebant. Ipse vero tam ignavus animo, quam deformis corpore, nullius rei studio afficiebatur, præterquam ludi alearum, tesserarumve; nec aliud affectabat, quam habere collusores, ac pecuniam temere, & inepte prodigere; ita ut brevi consumptis nummis, quos a Regina acceperat, in Apuliam transire necesse habuerit. At

guadagno trattavi, una mano di Spagnuoli. Questi nomavasi Roderico. Ma posciachè un tale nome allora nuovo, e inusitato appresso i Siciliani, era loro da scherno, comandò la Regina doversi Enrico chiamare. I quali nomi Spagnuoli dopo non guari spazio sotto il loro dominio, com' è delle umane cose la vicenda, presso i nostri divennero sì famigliari. Ad esso adunque o Roderico, od Enrico, che chiamar si voglia, benchè dal padre, Re di Navarra, non sia stato riconosciuto giammai, nè in conto alcuno tenuto, nondimeno la Regina diede per moglie la figliuola bastarda del Re Rogero in un colla Contea di Monte Scaglioso, e con tutte le terre, che in Sicilia alla medesima Contea partenevano. Egli però tanto dappoco di animo, quanto malfatto di corpo, di niuna cosa avea vaghezza, fuorchè del giuoco di carte, o di dadi; nè altro calevagli, che di avere compagni giuocatori, e di gittar danari a caso, e scioccamente per modo, che dissipati in poco tempo quelli, che avea dalla Regina ricevuti, gli fu mestiere di passare in Puglia. Ma fermatosi

At Messanæ diversatus, quoniam tunc temporis eam in urbem omnis generis homines confluebant (a), haud in paucos incidit ejus ingenio blandientes, cum quibus diem prandiis, noctem jactu tesserarum extrahebat. Quo cognito Regina illum extemplo Sicilia decedere coegit. Abiit quoque a Regno Cardinalis Neapolitanus, ab Summo Pontifice revocatus propter querimonias, quæ contra ipsum a Sicilia identidem afferebantur; unaque, ut venerat, digressus est Cardinalis Ostiensis, qui tamen ob suam probitatem desiderium sui omnibus reliquit.

In tam verò illorum, qui ad Guilelmum proxime accedebant, depravatis moribus

tosi di passaggio in Messina, perchè allora in quella città concorrevano uomini di ogni fatta (a), s'abbattè in non pochi, che il suo genio asscondavano, co' quali traea l' intero dì ne' pranzi, e l' intera notte nel giuoco. Il che venuto a notizia della Regina, a partirsi subitamente di Sicilia il costrinse. Andossene similmente dal Regno il Cardinal di Napoli dal Sommo Pontefice richiamato per le spesse querele, che contro di lui gli giungevano da Sicilia; e in un con esso entrò in via, com' era venuto, il Cardinal d' Ostia, il quale per altro lasciò di se desiderio in tutti per la sua probità.

Fra costumi in verità così corrotti, e guasti di coloro, che stavan più d' appresso a Gughel-

(a) Messana non solum eo tempore, sed semper, maxime antequam mortales ausi sint navigationem ultra Herculeas columnas provehere, cum omnibus aliis nominibus, tum exterarum gentium concursu nobilissima extitit. Jacet enim in freti faucibus, qua ex occidentalis Europæ partibus ad Asiam, Africamque brevior navium transitus; habetque portum tutum, ac capacem. Quo factum est, ut tamquam opportunissimum mutandis Europæ, Asiæ, atque Africæ mercibus emporium, stationeque navigantibus commodissima semper habita fuerit.

(a) Messina non solamente in questo tempo, ma in ogni altro, massimamente prima che gli uomini osato avessero di spignere la navigazione oltre le colonne d' Ercole, siccome per ogni altro titolo, così pel concorso di forestiere nobilissima è stata mai sempre. Giace ella nelle fauci dello stretto, per dove è più breve il passaggio de' legni, che navigano da Ponente verso l' Asia, e l' Africa; ed ha un porto quanto sicuro, altrettanto capevole. Laonde è stata sempre riputata come un' opportunissimo emporio per commutarsi le merci di Europa, d' Asia e d' Africa, e come scala a' naviganti comodissima.

bus, ipse uti ætate, sic virtute adolescebat: adeo firmum ad virtutem ingenium sortitus erat. Nec turbæ, quibus Regia miscebatur, impedimento fuere, quominus de ejus educatione curatum fuerit. Operæ pretium visum fuit adjungi Ophamillio, qui ipsum illis imbuerat literis, quibus pueritia ad humanitatem informari solet, alium, qui eumdem disciplinis, adultæ ætati, ac Principi consentaneis, una erudiret. Dat igitur Regina negotium, ut aliquem huic muneri parem conquirat in Gallia, quæ tum, ut nunquam non alias, pietate, & scientia excellentibus viris abundabat, Rotorodo Archiepiscopo Rothomagensi avunculo suo. Is Petrum, a Blesis patria Blesensem dictum, Carnutensis Ecclesiæ Canonicum, profana, sacraque doctrina cum paucis illius ævi conferendum (a), ad id delegit.

glielmo, egli come in età, così felicemente in virtù cresceva: tanto salda indole alla virtù avea sortita. Nè le turbolenze, che messa aveano la Corte sossopra, furon di ostacolo alla attenta cura della sua educazione. Ad Offamillio, che avealo nelle umane lettere, onde si suole istruire la fanciullezza, ammaestrato, si stimò bene di aggiugnere un' altro, il quale seco lo instituisse nelle scienze, alla adulta età, e ad un Principe convenienti. Dà la Regina adunque incombenza a Rotorodo Arcivescovo di Roano suo zio di alcuno diligentemente rintracciare a questa carica sufficiente in Francia, la quale allora, come altre volte mai sempre, era feconda madre, e nutrice di uomini in Cristiana pietà, e dottrina eccellenti. Quegli n' elesse Pietro, Blesese (a) da Blois sua Patria nomato, Canonico di Sciartres, il quale in profana, e sacra letteratura avea in

(a) Petrus Blesensis a natali suo Blesis videlicet, urbe Galliæ nobilissima, cognominatus, vir humanioribus literis exercitissimus, sacrarum literarum, & juris Canonici peritissimus. Tanta erat

(a) *Pietro Blesese dal suo nascimento in Blois città della Francia nobilissima soprannomato, uomo nelle umane lettere coltissimo, nelle sacre, e nel diritto Canonico perittissimo, di tanta forza d'inge-*

git. Nec talis vir dubitavit ad provinciam perquam difficilem capessendam, qualis quidem est adolescentis Principis institutio, relinquere patriam nobilissimam, ac tam longinquam profectionem suscipere: adeo erat jam inde ab illis temporibus apud exteras gentes Siciliæ Regum clarum nomen, & amplium,

in quel secolo ben pochi pari. Nè stette in forse un tant'uomo per addossarsi un peso malagevolissimo, qual' è veramente l'istituzione di un giovinetto Principe, di abbandonare l'illustre patria, ed entrare in sì lungo, e faticoso cammino: tanto era sin da quei tempi presso le straniere genti chiaro, e grande il nome de' Re di Sicilia.

Anno 1168

Syracusanus designatus Episcopus, & Matthæus Notarius, etsi Viccecancellarii munere, ut demonstravimus, fungebantur, neque parum publicæ potestatis in ipsis residebat; Mathæusque insuper Catanensem Pontificatum Joanni fratri suo nuper obtinuerat; tamen, ut est ambitiosorum hominum conditio, quod diu in eodem dignitatis loco nequeant consistere, sed usque majora affectent; alter Pa-

L'Eletto di Siracusa, e Matteo Notaro, benchè la carica di Cancelliere, come mostrammo, amministrassero, nè poco della pubblica potestà avessero in mano; e Matteo pur dianzi ottenuto avesse il Vescovado di Catania a Giovanni suo fratello, nondimeno, com'è degli uomini ambiziosi la condizione, che a lungo durar non possano in un medesimo grado di dignità, ma sempre a cose maggiori aspirino, l'uno tuttora am-bi-

erat in eo ingenii vis, ac memoria, ut de diversis argumentis tribus amanuensibus simul, & semel dictaret, & quartam ipse scriberet epistolam. Hæc de Petro Blesensi Natalis Alexander Hist. Eccl. sæc. xi. & xii. cap. 6. art. 18.

gegno, e di memoria era dotato, che in diversi argomenti a tre copisti ad un tratto insieme dettava, ed egli scriveva la quarta lettera. Di Pietro Blesese scrive così Natale di Alessandro nell'Istoria Ecclesiast. sec. xi. e xii. cap. 6. art. 18.

Panormitano Pontificatui inhiabat adhuc; alter, ut spe decidit consequendi muneris præfecti classis, illud magni Cancellarii maximopere aucupabatur. Regina novas turbas ex istorum ambitione metuens, animadvertensque ad iis obsistendum non esse satis idoneum Molisi Comitem, vel quod minus, quam opus esset, auctoritatis, & solertiæ ad id haberet, vel quod & ipse partium studio laboraret, eodem tempore, eademque via & filii institutioni, & Regiæ quieti prospicere consilium cepit. Petiit itaque per secretas literas ab eodem Rothomagensi Archiepiscopo, ut unum ex communibus consanguineis vel Robertum Novoburgensem, vel Stephanum Comitis Perticensis filium ex Gallia itidem in Siciliam mitteret, qui Regni administrationi præpositus, & quod Regis propinquus, & quod ab omni factione liber, reliquos purpuratos in officio continere potis esset. Rothomagensis Archiepiscopus Roberto Stephanum, utpote juvenem sum-

brva l' Arcivescovado di Palermo, e l' altro, com' ebbe la speranza perduta di conseguire la carica di grande Ammiraglio, anelava a quella di gran Cancelliere. La Regina nuove turbolenze dall' ambizione di costoro paventando, ed accorta essendosi, che il Conte di Molise a far loro fronte non bastasse, o sia perchè non troppa autorità, ed accortezza a tal uopo avesse, o perchè anch' esso era tocco del male del partito, nello stesso tempo, e per la via medesima, e alla instituzione del figliuolo, e alla tranquillità della Corte volle provvedere. Richiese adunque per lettera secreta lo stesso Arcivescovo di Roano, che o l'uno, o l' altro de' comuni parenti di Francia in Sicilia similmente mandasse, o Roberto Nymburgese, o Stefano figliuolo del Conte Percese, il quale all' amministrazione del Regno presedendo, e perchè congiunto di sangue col Re, e perchè scevero da ogni fazione, tener potesse gli altri maggiorenti a dovere. L' Arcivescovo di Roano a Roberto antepose Stefano, come giovane di alta aspettazione, e di

summa spe & animi, & ingenii, præoptavit; isque, ut cito Reginæ voluntati fatisfaceret, cum comitatu triginta sex virorum, & secum Petrum Blesensem adducens, se confestim itineri commisit: & nusquam consídens, nisi paulisper in Apulia, diversatus apud Gravinæ Comitem gentilem suum, qui eum de conditione Sicularum rerum plane edocuit, recta, trajecto freto, Panormum contendit. Adventanti Regina Episcopos, Tribunos, & milites obviam procedere, eumque in Regiam deducere jussit; præsentem omnibus honoris, & benevolentiæ significationibus complexa est. Sine mora coram omnibus, expositis meritis Comitum Perticensium erga suam familiam, suaque cum Stephano sanguinis conjunctione, eum magnum Cancellarium renuntiat, edicens, ut illum pro eo quanti suam, & filii faciant gratiam, diligant, & honorent; cunctaque Regni negotia ad ipsum referant. Stephanus vero, qui ingenia illorum, qui-

e di animo, e d' ingegno; e questi per subito appagar la Regina, coll' accompagnamento di trentasei persone, e seco Pietro Blesese conducendo, si mise ratto in cammino: nè fermatosi, se non per poco tempo in Puglia presso il Conte di Gravina del medesimo suo casato, il quale accuratamente dello stato delle cose di Sicilia informollo, tragittato lo stretto, sen venne a dirittura in Palermo. A lui, che già approssimavasi, volle la Regina, che allo incontro si facessero i Vescovi, i Capitani, e i soldati, e il conducessero alla Corte; presente con ogni dimostrazione di onore, e di benevoglienza lo accolse. Senza indugio frapporre nel cospetto di tutti, narrati i meriti de' Conti Percesi verso la sua famiglia, ed i vincoli del sangue, ond' era essa a Stefano congiunta, lo dichiara gran Cancelliere, comandando, che lui, per quanto in pregio abbiano, e cara la sua grazia, e quella del figliuolo, amino, ed onorino; e tutti gli affari del Regno a lui riferiscano. Ma Stefano, il quale tosto conobbe l' indale di coloro, con cui [illegible]

 di

quibuscum sibi negotium futurum erat, mature cognorat, de mulieris levitate, deque aulicorum dolis non tam bene sibi ominans, reditum cogitabat; at Reginæ obtestationibus, promissisque victus in Sicilia ægre tamen remansit; commissumque sibi munus ingratiis licet occepit.

Contra Petrus Blesensis, ubi Regiam adiit, Guilelmum instituendum tam alacri suscepit animo, quam felicis juxta, ac docilis ingenii discipulum nactus erat; seque filio, matrique adeo probavit, ut non tantum in Regium consilium ipsum cooptare; verum etiam ejus opera in epistolis Regis nomine conscribendis uti placuerit. Hinc in eum invidia, & ex invidia concitata infectatio aulicorum, qui, ut Pontifex Neapolitanus crearetur, effecere, quo honoris specie eum Regiâ emoverent. At Blesensis hanc dignitatem recusavit; collataque ea fuit Sergio civi Neapolitano, cujus plurima in sibi commissæ utili-ta-

da fare, non presagendosi gran cosa di buono dell' incostanza della donna, e delle trappole de' cortigiani, al ritorno pensava; ma vinto da' prieghi, e dalle promesse della Regina a stento in Sicilia si rimase; e di mala voglia ad esercitar prese la carica a se commessa.

All' incontro Pietro Blesese, come fu in Corte venuto, ad istituir Guglielmo si accinse di tanto buon grado, quanto felice, e docile indole avea nell' allievo trovata; e si rendè al figliuolo, e alla madre sì grato, ed accetto, che non solamente lo aggregarono al reale consiglio; ma ancora di lui si valsero in iscriver lettere in nome del Re. Di quì se gli eccitò contro l' invidia, e dall' invidia la persecuzione de' Cortigiani, i quali affin di allontanarlo sotto specie di onore dalla Corte, a farlo eleggere ad Arcivescovo di Napoli si adoprarono. Ma il Blesese ricusò una tal dignità; e fu questa conferita a Sergio cittadino di Napoli, le cui molte opere fatte in vantaggio della Chie-sa

tatem Ecclesiæ gesta memoriæ tradita sunt. Secundum religionis, & literarum studium nulla alia in re libentius adolescens Princeps se occupabat, quam in venatu, qui, quum sit veluti rudimentum militiæ, viris principibus maxime convenit. Nec illi deerant loca, a suis majoribus ad hujusmodi exercitationem opportunissime, ut diximus, accommodata. Aberat haud procul Panormo vivarium, ab ejus avo montes inter & nemora constructum, satis amœnum, diversisque arboribus, & plantis consitum, in quo damæ, capreoli, aprique muro concludebantur. Vivario adhærebat nitida villa, in quam purissimo ex fonte per structiles canales perennis perducebatur aqua (a). At quod sæpius Guilelmus vel rusticandi, vel venandi cau-

sa a se commessa sono alla memoria de' posteri scritte, e tramandate. Dopo lo studio della religione, e delle lettere in niuna altra cosa più volentieri occupavasi il giovanetto Principe, che nella caccia, la quale, essendo come un' abbozzo della milizia, a' Principi sommamente conviene. Nè luoghi a lui mancavano da' suoi antenati a sì fatto esercizio, come si è detto, molto opportunamente adattati. Non lungi da Palermo eravi un luogo da caccia, dall' avolo di lui infra monti, e boschi costruito, assai dilettevole, e di ogni maniera di alberi, e di piante diverse fornito; nel quale cinto di mura, damme, capriuoli, e cinghiali rinserravansi. A questo unita era splendida villa, in cui da purissima fonte per doccie acqua viva, che alta vena sempre premea, conducevasi (a). *Ma quella, che* Gu-

(a) Hoc vivarium erat in loco, qui hodie dicitur *vetus Parcus*. *Parcus* enim Germanica lingua idem valet, ac vivarium, locus scilicet ad ferarum custodiam palis, cratibus, muris, aut fossis circumseptus, Cang. Gloss. verb. *Parcus*. Muratorius diss. 33. tom. 2. Quod autem vivarium, cujus meminit Romualdus Salernitanus in Chron. ann. 1149. a Rogerio Rege constructum, sit

(a) *Questo luogo da caccia era quello, che presentemente dicesi* Parco vecchio. Parco *in lingua Tedesca suona lo stesso, che luogo d'intorno cinto a custodir fiere da pali, da grate, da mura, da fosse. Vedi Cangio Gloss. alla parola* Parco; *e il Muratori dissert.* 33. *tom.* 2. *Che poi il luogo da caccia, di cui fa menzione Romualdo di Salerno nella Cronaca l'anno* 1149. *fatto fare dal* Re

causa frequentabat, erat Regium suburbanum, ab Regia non amplius quatuor millibus passuum distans ex ea parte, quæ occidentem solem spectat. Hoc suburbanum situm erat supra collem, monti quamquam aspero, & nudo adjacentem, dignum tamen tum quod leviter acclivem, limpidisque irriguum fontibus, tum propter hortorum, ac silvarum adhærentium amœnitatem, jucundissimumque in subjectam Panormitani agri planitiem, omnemque urbem ipsam, ac Tyr-

Guglielmo per vaghezza o di villeggiare, o di cacciare le più volte frequentava, era la villa non più di quattro miglia lontana dalla Reggia, dalla parte, che guarda l' occidente. Questa villa situata era su di una collina, comechè adjacente ad un monte aspro, e nudo, degna nondimeno, e perchè di dolce salita, e da limpide fonti irrigata, e per l' amenità de' circostanti giardini, e selve, e per la vista piacevolissima della sottoposta pianura della campagna di Palermo, e di tutta la città stessa, e del mar Tirreno, e final-

sit *Parcus* vetus, & non novus, ut aliqui perperam opinati sunt; ex eo satis liquet, quod vivarium a Rege Rogerio extructum, & a Romualdo descriptum, positum erat inter montes, & nemora; inque ejus aulas aqua deducebatur ex remoto fonte; quando *Parcus* novus montibus quidem adjacet, non interjacet; illique aqua scatet in eodem loco, ubi extabat Villa regia; & scatet tam affluenter, ut locus ille *Altofonti* nomen sortitus sit. Adde, quod Fazellus, & Inveges, duo nostræ Historiæ lumina, conditorem *Parci* novi, ut suo loco exponemus, putarunt nostrum Guilelmum; in quo itidem ab recentioribus Scriptoribus erroris arguuntur, quasi adversentur Romualdo Salernitano; siquidem, uti demonstratum est, Romualdus loquitur de *Parco* veteri, non de novo.

Re Ruggero, sia il Parco vecchio, e non il nuovo, come taluni falsamente alcuni si sono avvisati; da ciò assai chiaro si fa, che il luogo da caccia costruito dal Re Ruggero, e da Romualdo descritto, era situato infra monti, e boschi, e che nel cortile Reale l'acqua da lontana sorgente derivavasi, quando il Parco nuovo giace veramente attaccato a' monti, ma non è fra monti; e l'acqua scaturisce nel sito medesimo, dove era la Villa Reale, e sgorga in sì larga vena, che diede al luogo il nome di Altofonte. Aggiungasi, che il Fazello, e l' Inveges, due lumi della nostra Storia, affermano essere stato fondatore del Parco nuovo, come a suo luogo esporremo, il nostro Guglielmo; nel che a torto da' più recenti Scrittori sono di sbaglio notati, quasi fossero discordi fossero contrarj a Romualdo di Salerno; perchè, come si è dimostrato, Romualdo parla del Parco vecchio, e non del nuovo.

Tyrrhenum mare despectum, tum denique ob aeris clementiam, quo Reges animi relaxandi gratia frequentes secederent; & quod propterea Monsregalis appellaretur (a).

Jam, quo Stephanum in Sicilia retineret, illud Regina curaverat, perfeceratque, ut ab Archiepiscopo Salernitano sacris jam initiatus, ab Ecclesiae Panormitanae Canonicis Panormitanus Archiepiscopus renuntiaretur. Adhuc enim penes collegium Canonicorum Cathedralium hujusmodi jus residebat. Sed ejus juris copiam Canonicis Ecclesiae Panormitanae enixis precibus quamvis fla-

nalmente per la clemenza dell' aria, che i Re scelta l' avessero per luogo di lor frequentato diporto; e che perciò Monreale si dinominasse (a).

Già la Regina, affinchè trattenesse Stefano in Sicilia, avea procacciato, e recato ad effetto, che promosso dall' Arcivescovo di Salerno agli ordini sacri, ei fosse da' Canonici della Chiesa di Palermo nominato Arcivescovo Palermitano; imperocchè ancora restava presso il collegio de' Canonici delle Cattedrali un tale diritto. Ma infino a quel dì la Regina ricusato avea di permetterne l' esercizio a' Canonici della Chie-sa

(a) Extat Monteregali vicus, qui etiamnum nunc nomen *Ciambra* corrupta voce ex Gallica *Chambre*, repostorio, quo Regia cubicula continebantur.

Fazellus haec de Monteregali inprior. dec. lib. 8. habet: *Hic locus hortorum amoenitate, liquidis fontinis plene manantium aquis, & suavissima in totam Panormitanam sibi subjectam planitiem, omnemque Urbem ipsam, ac mare Tyrrhenum prospectu, aerisque clementia, pulcherrimus cum esset, & ob frequentes Regum secessus, qui se animi relaxandi gratia eo conferre solebant, Mons regalis jure optimo appellatus est.*

(a) *Avvi in Monreale la contrada, che ancor oggi il nome ritiene di* Ciambra *corrotto vocabolo tolto dal Franzese* Chambre, *come quella, in cui comprendeansi i Reali appartamenti.*

Il Fazello di Monreale così scrive nella prim. dec. lib. 8. Questo luogo per l' amenità degli orti, per le limpide acque de' fonti per tutto sgorganti, e per la giocondissima veduta di tutta la pianura a se sottoposta di Palermo, e della medesima Città tutta, e del mar Tirreno, e pel temperamento dell'aria, bellissimo essendo, e per lo spesso ritirarvisi de' Re, i quali erano usi di quivi condursi a diporto, e sollievo dell' animo, fu Montereale a buona ragione denominato.

flagitantibus Regina facere ad illum diem recusaverat. Convenere igitur, ut moris erat, in Regiam; ibique cunctis suffragiis Stephanum Archiepiscopum elegerunt cum summo plausu, & gratulatione populi, atque approbatione Guilelmi Matingi Cardinalis Papiensis dicti, qui tum legatus in Galliam profecturus forte in Siciliam appulerat; quique literas commendatitias ad Pontificem maximum dedit, ut hanc electionem confirmaret. Nec propterea Stephanus Magni Cancellarii munere se abdicavit: at & Archiepiscopum, & Cancellarium unus gerebat; in ejusque manu secundum Reginam tota res Sicula erat; ita ut apud nostros Historicos Cancellarii potius, quam Archiepiscopi cognomine denotetur. Illa etenim tempestate, quoniam, præterquam sacri homines, cæteri omnem in arma operam impendentes, literarum studia negligebant, Cancellarii munus, quod literatum ho-

sa di Palermo, comecchè ne l' avessero con caldi prieghi supplicata. Si ragunarono adunque secondo l' usato costume nel Real Palazzo; e quivi a pieni voti elessero Stefano ad Arcivescovo con sommo applauso, e festa del popolo, e con approvazione di Guglielmo Matingo Cardinal detto di Pavia, che allora dovendo andar legato in Francia avea per avventura presa terra in Sicilia; e che diede lettera di raccomandazione indritta al sommo Pontefice, acciocchè questa elezione confermasse. Nè per questo Stefano la carica rinunziò di gran Cancelliere: ma e di Arcivescovo, e di Cancelliere insieme le parti solo faceva; e nelle sue mani dopo la Regina era riposto tutto il governo delle cose Siciliane; intantochè presso i nostri Storici col cognome di Cancelliere piuttosto, che di Arcivescovo è dinotato. Conciossiachè in quella stagione, in cui, dagli Ecclesiastici in fuori, gli altri diti si tutti al forte mestier della guerra, trascuravano i miti studj delle lettere, da' Vescovi, o d' al-

hominem exposcebat, ut plurimum etiam apud Gallos & Britannos Episcopi, aliive sacri homines obibant (a). Quo autem Stephanus totus esset in publica re, & sacra, & civili gerenda, rei suæ domesticæ curam permisit universam Odoni Quarrello Canonico Carnutensi, qui cum ipso ex Gallia venerat. Hic eum præsertim induxerat ad commorandum in Sicilia, pollicitus secum ipso biennium mansurum, quoad apud Siculos aliquem certum sibi amicum

altre persone sacre la carica di Cancelliere, la quale richiedeva l' uomo letterato, per lo più anche presso i Franzesi, ed Inglesi esercitavasi (a). Stefano però, acciocchè interamente attender potesse all' amministrazione de' pubblici, e sacri, e civili affari, diede tutta la cura delle sue faccende domestiche ad Odone Quarrello Canonico di Sciartres, che con lui venuto era di Francia. Questi avevalo particolarmente indotto a fermarsi in Sicilia colla promessa di dover con esso soggiornare due anni infino a tanto, che pres-

(a) Ex Siculis Pontificibus præter Stephanum, qui Magni Cancellarii, vel Vicecancellarii munere perfuncti sunt, numerantur sub Normannorum imperio Richardus Syracusanus designatus Episcopus, Gualterius Panormitanus Pontifex, & Bartholomæus Episcopus Agrigentinus, hujus germanus frater; sub Suevorum Regno Gualterius de Palena, sive de Paleariis Pontifex primum Troyæ, inde Panormi, sub Gallorum dominatu Joannes de Masiellis Panormitanus item Archiepiscopus; ac denique Aragoniis imperitantibus Martialis Episcopus Catanensis.

Eadem, de qua scribimus, ætate, in Gallia Hugonem de Campoflorido Suessionum Episcopum, & in Anglia Thomam Cantuariensem primum Archidiaconum, postea Episcopum, quem nos in Divorum numerum relatum sacris colimus honoribus, Cancellarii munus exercuisse legimus.

(a) De' Vescovi Siciliani oltre Stefano si noverano fra quei, che la carica di gran Cancelliere, o di Vicecancelliere hanno esercitata sotto l' impero de' Normanni Ricardo eletto Vescovo di Siracusa, Gualtieri Arcivescovo di Palermo, e Bartolommeo suo fratello Vescovo di Girgenti, sotto il Regno de' Suevi Gualtieri di Palena, o sia di Paleariis Vescovo prima di Troja, e poscia Arcivescovo di Palermo, sotto il dominio degli Angioini Giovanni di Masiellis ancor esso Arcivescovo di Palermo; e finalmente governando gli Aragonesi Marziale Vescovo di Catania.

Nella istessa età, di cui scriviamo, in Francia Ugo di Campofiorito Vescovo di Suessons, e in Inghilterra Tommaso prima Arcidiacono, poi Vescovo di Canterbury, che noi adoriamo fugli altari, avere l'impiego di Cancelliere esercitato leggiamo.

cum pararet; aut alius benevolus, vel propinquus ex Gallia obveniret. Plurimi enim Stephanus Odonem faciebat; ejusque consiliis non in privatis modo rebus, sed in publicis etiam non parum tribuebat; quamvis in Odone, cur tanti duceretur, nec doctrinæ, nec prudentiæ satis, minusque abstinentiæ, & fidei inesset.

presso i Siciliani si facesse qualche fidato amico; o alcun benevolo, o parente di Francia gli si parasse dinanzi: conciossiachè Stefano assaissimo stimava Odone, e non poco non men nelle private, che nelle pubbliche cose si rapportava a' consigli di lui; sebbene Odone, perchè fusse da tanto riputato, avesse poca dottrina, e prudenza, e minor disinteresse, e lealtà.



DE

DE

VITA, ET REBUS GESTIS
GUILELMI II.
SICILIÆ REGIS
Monregalensis Ecclesiæ Fundatoris.

LIBER SECUNDUS.

Anno 1168

JAm inde a primordiis sui regiminis novus Cancellarius integritatem, & continentiam præ se tulit eximiam, in juvenili ætate senilem prudentiam, & in summa potestate, & gratia summam facilitatem, & modestiam, animumque unice ad publica commoda intentum, & quod maxime requiritur in eo, qui ad reipublicæ clavum sedet, sincerum æquitatis, & justitiæ studium, clementia, beneficentiaque temperatum. Sentiebat esse sibi

IL nuovo Cancelliere già fin dal principio del suo governo fece in se vedere singolare integrità, e continenza, nell' età giovanile senno da vecchio, e in suprema autorità, e favore somma affabilità, e moderazione, e animo solo inteso al comun bene, e ciocchè principalmente ricercasi in colui, che al governo siede della repubblica, un sincero amore dell' equità, e della giustizia dalla clemenza però, e beneficenza temperato. Comprendeva, che non poco a se nimi-

sibi non mediocriter infensum Syracusanum designatum Episcopum, præsertim ob præcisam spem Panormitani Pontificatus obtinendi. Quo illum deliniret, auctor fuit, ut binis optimis pagis donaretur, altero sibi uni, quoad apud Regem maneret, altero, quod Bugubelum appellabatur prope Syracusas situm, etiam suis successoribus fruendo; ut horum censu ei resarciretur damnum proventuum muneris magni Cancellarii, quorum magnam partem ipse percipiebat, dum cum Matthæo Notario illud vicario nomine administrabat. Interea aliqui ex Apuliæ extremitate pro impetrandis quibusdam regiis literis profecti ei deferunt Petrum Notarium, Matthæi Notarii propinquum, pro hisce expediendis literis plus æquo exigere. Stephanus ad hanc querimoniam mandat uni ex Notariis, qui forte aderant, ut literas, quas ille avare negaverat, ipse extemplo expediat. Id ubi Petrus accepit, aliquot sociis sibi adscitis, insidias, qua erant Apuli transituri, instruit,

co fosse l' Eletto di Siracusa principalmente per la speranza nel mezzo troncatagli di poter ottenere l' Arcivescovado di Palermo. Per mitigarlo interpose la sua autorevole opera, onde avesse in dono, com' ebbe, due villaggi molto buoni, uno da godere per se solo fin a tanto, che fosse presso il Re dimorato, l' altro detto Bugubelo posto nelle circostanze di Siracusa anche per li suoi successori; affinchè le rendite di questi villaggi gli compensassero il danno de' proventi della carica di gran Cancelliere, de' quali gran parte egli prendeva, mentre che in un con Matteo Notaro come Vicecancelliere l'amministrava. Frattanto alcuni dalla stremità della Puglia venuti per impetrar certe lettere del Re, si richiamano a lui, dolendosi, che Pietro Notaro di parentela con Matteo Notaro congiunto volesse per la spedizione di esse lettere esigere oltre del giusto. Come Stefano ebbe questo richiamo udito, ad uno de' Notaj, ch' erano per avventura presenti, comandò di spedire subitamente le lettere, che colui avea per avari-

ani-

ſtruit; tranſeunteſque nil tale ſuſpicatos adoritur; & arreptis, reſignatiſque regiis literis, regioque refracto ſigno, illos contumeliis, ac verberibus afficit. Tam audaci facinore cognito, Stephanus apud ſe ſiſti Notarium, eumdemque, ubi factum inficiari non potuit, in vincula duci jubet. Tum Syracuſanus deſignatus Epiſcopus, beneficii nuper accepti immemor, ſuoque confirmans exemplo, quam factu difficile ſit invidum, ambitioſumque animum placare, in eum contumaciter invehitur, ipſum incuſans *haud rite in Petrum ſtatuiſſe; hujuſmodi judicia in Gallia forte tolerabilia, non in Sicilia; Notarioſque Curiæ haud tam levis auctoritatis exiſtere, ut damnari tam facile queant*. Quæ injuria eo magis Cancellarium pupugit, quod palam illata: remotis enim arbitris, & lenius, ſi in aliquo peccaſſet, admonitum ſe maluiſſet. Nihilo tamen ſecius eam tacitus diſſimulat; accerſitoque Anſaldo palatii cuſtode, juſſum urget, ut Notarius in carcerem ſine mora conjiciatur; ibi-

animo ricuſate. Il che, quando Pietro riſeppe, chiamati a ſe alquanti compagni, ſi mette in agguato là, dove i Puglieſi eran per paſſare; e nel loro paſſaggio niente di ciò ſoſpicanti li aſſalta; e preſe, ed aperte le lettere reali, e rotto il regio ſigillo, d' ingiurie, e di baſtonate li carica. Inteſo sì temerario misfatto Stefano fa venire alla ſua preſenza il Notaro; e, poichè e' non poteva negare il fatto, ordina, che ſi meni prigione. Allora l' Eletto di Siracuſa dimentico del benefizio pur dianzi ricevuto, e confermando col ſuo eſempio, quanto ſia in fatti malagevole il placar un animo d' invidia preſo, e d' ambizione, arrogantemente contra di lui ſi ſcaglia, accagionandolo di avere mal contro di Pietro decretato; poterſi tollerar per avventura sì fatta maniera di procedere in Francia, ma non in Sicilia; non eſſere i Notaj della Curia di sì poco credito, che ſi poſſano così di leggieri condannare. *La quale ingiuria tanto più trafiſſe l' animo al Cancelliere, quantochè gli fu fatta in pubblico; imperciocchè a ſolo a ſolo, e più dolcemente, ſe in coſa aveſſe errato,*

 avreb-

ibique detineatur, quousque Curia definiat, qua poena sit plectendus, qui una, & publicam securitatem, & Principis majestatem violarit. Post paucos verò dies ab aulicis exoratus eum, tantummodo Notarii munere in perpetuum prohibitum, cæterum indemnatum, liberumque dimisit. Hac tamen occasione animum ad ponendum modum Notariorum, aliorumque Curiæ administrorum avaritiæ convertit, præscribendo, quid cuique pro unoquoque expediendo negotio accipere fas esset. Strategorum (a), quoque, & Justitiariorum, ut tunc appellabantur, nos Capitaneos dicimus, qui provinciis, vel singulis oppidis præerant, licentiam refrænare operæ pretium du-

avrebbe voluto essere ammonito. Nondimeno la dissimula senza nulla rispondere; e fattosi chiamare Ansaldo custode del palagio, incalza l'ordine, che il Notaro sia senza indugio fatto prigione, e custodito sino a tanto, che la Curia definisca, di quale pena sia da punire, chi violata insieme abbia e la pubblica sicurezza, e la maestà del Re. Ma dopo non molti giorni dalle preghiere vinto de' Cortigiani, solamente dall' officio di Notajo deposto per sempre, senz' altra pena lo rimise in libertà. Non mancò per altro in questa occasione di volger l' animo a moderar l'avarizia de' Notaj, e degli altri Ministri della Curia, prescrivendo, quanto di danajo ad essi per ciascun negozio fosse lecito di ricevere. Stimò ancora pregio dell'opera de' Stratigoti (a), *e de' Giu-*

(a) Est vox græca Στρατηγὸς: Plautus Curc. 2. 3 6. *Nec Strategus, nec tyrannus quisquam*. Proprie idem valet ac dux exercitus. Sed accipitur etiam pro præfecto, seu rectore Civitatis alicujus, vel Provinciæ. Justitiario, & Capitaneo eadem significatio subjecta est. Vide Constit. Regni, & Cangium Gloss. verb. *Strategotus*. Prætor Urbis Messanæ usque ad tempora nobis proxima *Strategi* nomen retinuit. Apud Scriptores collapsæ latinitatis scribitur *Stratigotus* vel *Strategotus*.

(a) *E' voce tolta dal Greco, e adottata da' buoni Latini, come da Plauto. Propriamente vale lo stesso, che Capitano d' esercito. Ma ancora prendesi per prefetto, o sia rettore d' alcuna città, o provincia. Di un medesimo significato sono Giustiziere, e Capitano. Vedi le Costituzioni del Regno, e Cangio nel Gloss. alla parola* Strategotus. *Il Capitano di Messina sino a tempi a noi vicini ritenne il nome di Stratigò. Appresso gli Scrittori della decaduta Latinità si scrive* Stratigotus, *e* Strategotus.

duxit, qua plebem vexabant, atque emungebant, eis edicens, *in jure reddendo ne amicorum quidem, & primorum Regiæ rationem ullam habendam; ipsum haud passurum à potentioribus infirmos, aut subjectos opprimi; nullamque pauperibus irrogatam injuriam iri dissimulatum.*

Giustizieri, come allora chiamavansi, e da noi Capitani son detti, i quali nelle provincie, o nelle città presedevano, por freno alla licenza, con che mal menavano la plebe, e ne traeano il più, che si potesse, comandando ad essi, di non avere riguardo alcuno neppur agli amici, e primati della Corte nel far giustizia; se non essere mai per comportare, che fussero oppressi da' più potenti i deboli, o i sudditi, nè per dissimulare alcun oltraggio fatto a' poveri.

Horum facinorum fama, universum Regnum brevi pervagata, tantam præcipue apud plebem gratiam, nominisque celebritatem ipsi peperit; ut communiter Angelus consolator nominaretur, de cœlo missus ad afferendam felicitatem populorum, aureamque ætatem in Siciliam reducendam; tantaque undique ex Regno virorum, & mulierum multitudo ad curiam conflueret, ut Judices distrahendis controversiis, Notariique, adaucti quamvis numero, literis scribendis vix sufficerent. Inter hæc veniunt

La fama di questi fatti, per ogni dove del Regno in poco tempo divolgata, gli procacciò massime presso il popolo tanto affetto, e tanta riputazione, che communemente l'Angelo consolatore era denominato, sceso dal cielo ad assicurare la pubblica felicità, e a ricondurre il secol d'oro in Sicilia; e tanto era il concorso di uomini, e donne da ogni parte del Regno alla Curia, che i Giudici a decider le cause, e i Notaj, quantunque di numero accresciuti, a scriver le lettere appena erano sufficienti. In questo mentre perviene lettera

niunt ab Pontifice Maximo honorificentissimæ literæ, ac benevolentiæ in Stephanum plenæ; queis gratam, ratamque ipsius in Panormitanum Archiepiscopum electionem habere rescripsit. Quare Panormitani Canonici, itemque Episcopi Agrigentinus, Mazariensis, & Melitensis, quorum Dioeceses in sacra Panormitana provincia comprehendebantur, ei fidem suam sacramento obstrinxere, cæteri solitâ formulâ, Agrigentinus vero expressiore, de industria ab ipso concepta, qua suum in Stephanum studium præ cæteris venditaret.

Ut primum Panormitani compertum habuerunt, Stephanum neque precibus, neque præmiis, neque alicujus gratia a recto declinare, ad eum nonnullorum nomina deferunt, qui ab Christiana religione in Saracenicam superstitionem defecerant; quique a palatinis Eunuchis protecti diu delituerant. Et is neminem hujus tam indignæ compertum defectionis reum impunitum reliquit. Eorumdem Eunuchorum favore impune sua-

cri-

ra dal Sommo Pontefice di onore, e di benevolenza piena in verso di Stefano, con cui rescrisse di confermare con piacere la di lui elezione ad Arcivescovo di Palermo. Per lo che i Canonici Palermitani, e i Vescovi di Agrigento, di Mazara, e di Malta, le cui Diocesi, comprendevansi nella provincia di Palermo, gli prestarono con giuramento obbedienza, e fedeltà, gli altri colla solita formola, ma quel di Agrigento con una più espressiva da lui a bella posta conceputa, per ostentargli maggior parzialità degli altri,

Come tosto i Palermitani conobbero, che Stefano nè per priego, nè per danajo, nè per favore altrui torceva passo dal dritto cammino, accusarono a lui molti, i quali avevano dalla Cristiana fede apostatato la Saracinesca superstizione abbracciando; e che protetti dagli Eunuchi di Corte da lunga mano rimasi erano occulti. Ed egli niuno, che reo di sì indegna appostasia trovato si fusse, lasciò impunito. Pel favore degli stessi Eunuchi Roberto Calata-

bo-

crimina, & ea quidem multa, & nefaria jamdiu quoque tulerat Robertus Calatabojanensis, Panormitanæ arcis, quæ ad mare posita est, præfectus. Hic jam inde a temporibus prisci Guilelmi, nixus potentia Gayti Petri, cui erat intime devotus, scelus scelere cumulans, eo impietatis pervenerat, ut impurum Saracenorum fanum, quod, dum eorum stetere res, in arce existebat, suo ære instaurarit; domumque quandam suam improbis cauponibus nimia mercede locarit; in qua Saracenis Christianas foeminas constuprare, Christianis pueris vitium afferre, aliaque flagitia perpetrare ejus auctoritate, ac communi locatoris, & conductorum turpissimo lucro, impune esset. Panormitani itaque rati advenisse tempus, ut in tam sceleſtum caput tandem animadverteretur, Robertum ad Cancellarium arcessunt, alii ædes, alii vineas injuria ablatas, plerique filios, fratres, aliosque necessarios in carcere diuturnis cruciatibus absumptos, nonnulli adulteria, incestaque, alii qui

lojanese, Castellano del Castello di Palermo posto al mare, se la era passata ancora lungo tempo senza gastigo de' suoi, e molti, e nefandi delitti. Costui già fin dal tempo del vecchio Guglielmo dal poter sostenuto di Gaito Pietro, cui era intimamente devoto, niquità a niquità aggiungendo, era arrivato a tal segno d' empietà, che a sue spese ristorata avea l' impura moschea de' Saracini, la quale, mentre le lor cose erano in piedi, esisteva nel castello; e avea appigionata a caro prezzo una certa sua casa a scellerati osteri, nella quale impunemente i Saracini le donne cristiane violavano, e de' giovanetti cristiani abusavansi, ed altre malvagità commettevano coll'autorità di lui, e con infamissimo guadagno di chi data, e di chi presa l' avea a pigione. Per la qual cosa i Palermitani credendo esser venuto il tempo, che finalmente quest' empio uomo punito fusse, accusano Roberto al Cancelliere, dolendosi altri di case, altri di vigne ingiustamente loro tolte, molti de' figliuoli, de' fratelli, chi de' parenti nella carcere per li con-

qui perjuria, & quædam mulier in virginem filiam stuprum per vim illatum conquerentes. Ipse, suis opibus fidens, primum hujusmodi criminationes flocci pendere; accusatores minis deterrere; impunitatem sibi polliceri: dein, ubi cognoscit nihil pecunia proficere, remque urgeri, datis vadibus, ad suos Eunuchos confugit eorum fidem obtestans, misericoıdiamque implorans. Et hi periculo clientis adeo afficiuntur, ut ad Regis, Reginæque pedes provoluti cum lacrymis eos deprecentur, *ne sinant virum Regno pernecessarium, qui Regi semper fidelissime inservire studuerit, aliquid pati noxæ; nil mirum adversus eum ejusmodi cieri tumultus; fieri non posse, ut quis fideliter Principis jussa exequatur, quin populo displiceat*. Regina horum assiduis, impensisque precibus fatigata Stephanum primo rogat; deinde abnuenti præcipit; ut accusationibus contra Calatabojanensem non det locum; *maleficta, quæ ei adscribebantur, non ipsi, sed Gayto Petro, cui non erat integrum* re-

continui tormenti fatti morire, taluni d' adulterj, ed incesti, alquanti di spergiuri, ed una donna della figliuola da lui violentemente deflorata. Costui da prima in sua potenza fidando incominciò a dispregiare sì fatte accuse, ad atterrire con minacce gli accusatori, e a prometterfi impunità: di poi, come si avvede di non profittar nulla col danaro, ed esser l'affare alle strette, data malleverìa di comparire in giudizio, ricorse a' suoi Eunuchi, la loro mercè implorando. E questi dal pericolo di lui a tal segno commuovonsi, che prostratisi a' piè del Re, e della Regina, lagrimando, li pregano, di non permettere, che un uomo al Regno molto necessario, il quale si era studiato mai sempre di servir con somma fedeltà il Sovrano, alcun male patisse; non essere maraviglia, che siansi eccitati contro di lui sì fatti tumulti; impossibil cosa ben essere, che alcuno eseguisca lealmente i comandi del Principe, e non dispiaccia al popolo. *La Regina stracca dalle assidue, ed istanti preghiere di costoro primieramente priega Stefano; quindi* a lui

refragari, imputanda. Ad hæc Cancellarius, quo se verteret, hærere. Nam hinc populus conclamabat, *non parcendum homini sceleratissimo; a Cancellario rem remisse agi; muneribus, aut gratia forsitan corruptum ipsum ab incepto recessisse; hac in causa periculum sane faciundum, utrum justitiæ amor sit ei insitus, an tantum ad tempus ostentatus ad faciendum populo fucum, auramque popularem in exordio sui regiminis captandam.* Illinc Regina instabat, *posthabitis vanis plebis clamoribus, actiones in Robertum dissimulandas*.

a lui ricusante comanda, che luogo non dia alle accuse contra il Calatabojanese prodotte; che i misfatti, che a lui si attribuivano, non ad esso, ma a Gaito Pietro, cui non poteva opporsi, erano da imputarsi. *Il Cancelliere a queste parole non sa a qual partito appigliarsi. Concioffiachè da una parte il popolo a piene voci gridava*, non si dover perdonare ad un uomo scelleratissimo; lentamente procedere il Cancelliere in questo affare; lui forse per doni, o per favore corrotto, aver deviato dall' intrapresa carriera; in questa causa doversi veramente esperimentare, se in lui l'amor della giustizia innato sia, o pure ostentato a tempo ad ingannare il popolo, e ad accattarsi sul principio del suo governo l'aura popolare. *Dall' altra parte la Regina instava*, doversi, i vani clamori della plebe posti in non cale, le accusazioni contra Roberto dissimulare.

In idem incumbebant aulici, cum ut Eunuchis, ipsique Reginæ gratificarentur; tum ut Cancellario populi invidiam conflarent. Quo ille cognito medium consilium

Aveano i Cortigiani l'istessa premura sì per far cosa grata agli Eunuchi, e alla stessa Regina, e sì per concitare addosso al Cancelliere l'odio del popolo. Del che essendosi egli accor-

cepit, ut simul ratione aliqua Reginæ morem gereret; & populi expectationem non deluderet. Reginæ igitur recipit, *se utique prætermissurum quæstiones ad profana subsellia pertinentes, in queis quidem capitis discrimen versaretur; de eis autem, quæ Ecclesiæ judicio reservatæ sunt, exquisite cogniturum; exacturumque a Calatabojanensi, si inde reus discederet, pœnas, a sacris legibus permissas: quod si Regina vel huic intercederet persecutioni, se profecto malle utraque dignitate & Archiepiscopi, & Cancellarii abire, quam officio suo deesse*. Convocatis itaque Purpuratis, & Episcopis, aliisque sacris hominibus, Robertus judicio sistitur; & omissa inquisitione furtorum, rapinarum, injuriarum, homicidiorum, stupri per vim illati, tantum de perjuriis, incestubus, adulteriis cognoscitur; quorum criminum quum Calatabojanensis multis, eisque idoneis, gravibusque testibus convictus fuisset, in eam itum sententiam, ut is per

to si apprese ad un partito di mezzo per compiacere in qualche modo insieme alla Regina, e non deludere l' aspettazione del popolo. Promette adunque alla Regina di metter da parte i processi spettanti al foro secolare, ne' quali della vita trattavasi, ma di quelli, che al giudizio della Chiesa sono riserbati, essere per prenderne esatta cognizione, ed esigere dal Calatabojanese, se reo quindi ne riuscisse, le pene dalle sacre leggi permesse; che se la Regina anche a ciò si opponesse, voler più presto ambe le dignità di Arcivescovo, e di Cancelliere dimettere, che venir meno al suo dovere. *Ragunati adunque i Grandi, i Vescovi, ed altre persone Ecclesiastiche comparisce Roberto in giudizio; e tralasciata la inquisizione de' furti, delle rapine, delle ingiurie, degli omicidj, e dello stupro violentemente commesso, si prende solamente cognizione degli spergiuri, degl' incesti, e degli adulterj; de' quali misfatti essendo il Calatabojanese per molti, e degni di fede, e gravi testimonj convinto, si pronuncia la sentenza,*

per urbem præeunte præcone, qui summa ejus maleficiorum capita identidem prædicaret, circumductus, loris que cæsus (a), in custodiam, bonis in publicum addictis, conderetur. Sed, quum populus jam viarum angustias observaret, ut transeuntem illum saxis obrueret, ad hujusmodi expectationem fallendam tantummodo circa principis templi ambitum ductus fuit; quo nihilominus vis tanta hominum continuo ruit, ut milites, qui accincti gladiis illum antecedebant, sequebantur, & ex utroque latere stipabant, ægre ab furore populi protegere potuerint. Haud multos post dies, quum pecuniam, quam Curiæ pro redimenda pœna spoponderat, dissolvere sive nollet, sive nequiret, in eumdem arcis carcerem, in quem plurimos ipse detruserat, atque afflixerat, conclusus fuit; ubi animi ægritu-

za, ch' egli dopo frustato per la Città coll' andar avanti il banditore promulgando tratto tratto la somma de' di lui delitti (a), in perpetuo carcere, confiscati tutti i beni, racchiuso fosse. Ma, conciossiachè il popolo guardasse già gli stretti delle vie per caricarlo nel passaggio di sassate, affine d' ingannar tale aspettazione fu condotto solamente intorno al Duomo; nondimeno tanta fu la calca della gente ad un tratto là corsa a furore, che i soldati, i quali armati lo precedevano, il seguivano, e da' due lati circondavanlo, a gran fatica difenderlo poterono dalla furia del popolo. Dopo pochi dì, o non volendo, o non potendo il danajo pagare, di cui, per riscuotersi dalla pena, data avea giudizial cauzione, fu in quella prigione medesima del castello racchiuso, nella quale egli avea molti dentro cacciati, ed afflitti; dove da cruc-

(a) Mos a Romanis acceptus, apud quos, quum noxii flagris cædebantur, præco repetebat eorum elogium, idest titulum, sive inscriptionem criminum, de quibus damnati erant. Unde illud Horatii od. 4. lib. 1 Epod.

„ Sectus flagellis hic triumviralibus.
„ Præconis ad fastidium

(a) Costume tolto da' Romani, presso i quali, qualora i rei si flagellavano, il banditore andava innanzi ripetendo la rubrica de' loro delitti: onde Orazio nell' Oda quarta dell' Epodo per esprimere che uno avea avuto fatta i Triumviri una lunga frusta, dice di esserne restato infastidito fino il banditore.

tudine, incommodisque confectus infamis vitæ finem fecit. Hoc facinus cunctis Siciliæ gentibus, præsertim Longobardis, quorum non una, aut altera colonia, ut ostendimus, in Insula erat, quosque Robertus maxime vexarat, adeo gratum, probatumque accidit, ut universi profiterentur, ubi opus esset, se pro Cancellario vel capitis discrimen lubenti animo subituros.

Dum Stephanus sontes debitis afficiebat pœnis, bonos officiis, beneficiisque sibi conciliabat; iisque, qui immerito aliquid perpetiebantur, perfugio erat, & subsidio. Quum Henricus hoc nomine II. Britanniæ Rex insectaretur Thomam Cantuariensem Archiepiscopum, quem Divis adscriptum nos religiosè colimus, misit legatos ad Pontificem Maximum, ut ei causam suam contra Thomam probaret. Qui legati quum nihil promoverent, Henricus, & per nuncios, & per epistolam a Guilelmo petiit, ut apud Alexandrum, apud quem

cio di animo, e da' disagi consumato al tristo fine pervenne dell' infame sua vita. Questa degna azione alle genti tutte di Sicilia, e principalmente a' Longobardi, de' quali più colonie, come si è detto, erano nell' Isola, e i quali Roberto estremamente vessati avea, andò a grado cotanto, che niuno eravi, il quale non confessasse, se esser presto a mettere per amor del Cancelliere volentieri a rischio la vita, se la bisogna il richiedesse.

Mentrechè Stefano da una parte prendeva le giuste pene de' rei, dall' altra i buoni con officj, e beneficj conciliavasi; e a coloro, i quali ingiuria a torto soffrivano, era di ricovero, e sostegno. Perseguitando Enrico II. Re d' Inghilterra Tommaso Arcivescovo di Canterburì, che ora infra i Beati annoverato noi religiosamente veneriamo, mandò Ambasciadori al Sommo Pontefice, affinchè ciò, che contra Tommaso operava, approvasse. I quali niente promovendo l' affare, Enrico e per messi e per lettere richiese a Guglielmo, che presso Alessandro Papa, ap-

po

quem plurimum valebat, pro eadem causa studium suum interponeret. At Cancellarius, cui Ludovicus VII. Galliæ Rex, viri sanctitatem per literas testatus erat, non commisit, ut adversus eum aliquid Regis nostri nomine ageretur; quin imo, quum cognati, & amici Thomæ in ejus odium ab Henrico solum vertere coacti, in Siciliam se se recepissent, Stephanus, cui Thomas per epistolam eos commendarat, liberaliter complexus, ipsis omni benevolentiæ, & officiorum genere præsto fuit. Nullos habebat tum Sicilia probatiores, commendatioresque viros, quam Robertum de Sancto Joanne Panormitanæ Ecclesiæ Canonicum, & Rogerium Tyronensem. Præter vitæ integritatem, qua uterque eminebat, Roberti præclara erant merita ob fidem, prudentiamque in legationibus, aliisve publicis negotiis Guilelmo I. præstitam. In Rogerio non inferior generis claritate fides in Principem, animi magnitudo,

po cui poteva molto, interponesse per la stessa causa il suo favore. Ma il Cancelliere, cui Lodovico VII. Re di Francia avea per lettera la santità dell' uomo testificata, non sostenne, che alcuna cosa contro di lui in nome del nostro Re si operasse: che anzi, essendosi ricovrati in Sicilia i parenti, e gli amici di Tommaso, in odio di lui forzati a mutare paese, Stefano, a cui Tommaso li avea per lettera accomandati, questi cortesemente accolti, ajutò con ogni benevolenza, ed ogni maniera di officj. Non aveva allora la Sicilia uomini più riputati, e più commendati di Roberto di San Giovanni Canonico della Chiesa di Palermo, e di Rogero di Tiro. Oltre l' integrità della vita nell' uno, e nell' altro eminente, molto chiari, ed egregj erano i meriti di Roberto per la fedele, e prudente opera prestata a Guglielmo I. nelle ambascierie, o in altre pubbliche occorrenze. In Rogero non era inferiore alla chiarezza della sua nascita e la fedeltà verso il Principe, e la grandezza di animo, e il sa-

do, & rei militaris scientia, atque usus. Hos inter & Cancellarium morum similitudo sinceram, constantemque amicitiam conjugavit; effecitque, ut, quum magister Comestabulus Berengarius trans fretum in possessionem oppidi, sibi ab Rege donati, transmigrasset, in hujus locum auctore Cancellario Rogerius sufficeretur.

re, libidinose, crudeliter versatus odio publico laborabat. Messanenses, & sua ipsorum experientia edocti apud Cancellarium muneribus nihil loci esse, & perspicientes omnibus quotquot turmatim virorum, mulierumque toto Regno ipsum adibant, jus suum, nullo in quemque respectu, tributum, Strategum repetundarum, adulterii, stupri, eversionis judiciorum accusare minime verentur. At Cancellarius, qui hominis prudentia, ingenioque perspectis, hunc suis beneficiis sibi adjungere e sua re existimabat, in eum judicium dare diem de die differt, sperans accusatores tempore deliniri posse, actionemque deferere. Ipsi vero nihil de suo odio remittentes, imo ob inopinatam Cancellarii cunctationem iratiores ad palatium tumultuose concurrunt; & attollentes longas arundines, ad quarum culmen accusatorios libellos appenderant, *se plane miseros conclamant, vicemque suam deplorant, quod omnibus jus suum consequentibus, uni Messanenses, qui Principi semper fidelissimi exti-*

in quella carica portato essendosi da avaro, dissoluto, e crudele, era comunemente odiato. I Messinesi e dalla propria esperienza ammaestrati essendo non avere i presenti luogo alcuno presso il Cancelliere, e veggendo farsi da lui giustizia senza verun riguardo à tutti quanti sì uomini, che donne, che a torme da tutto il Regno a lui ricorrevano, non dubitano punto di accusare il Strategoto di estorsioni, di adulterio, di stupro, di sconvolgimento di giudizj. Ma il Cancelliere, il quale conosciuta la costui prudenza, e talento riputava opportuno obbligarselo co' beneficj, differisce di giorno in giorno di rimettere questa causa in giudizio, sperando che potessero col tempo gli accusatori mitigarsi, ed abbandonare l'istanza. Eglino però niente l'odio loro allentando, anzi per l'inaspettato indugiare del Cancelliere più d'ira accesi tumultuosamente al palagio concorrono; e alto levando lunghe canne, nel sommo delle quali appesi aveano i libelli di accuse, ad una voce se veramente miseri si chiamano, e la lor sorte deplorano, perchè, dove tutti conseguono giustizia, i so-

titerint, despectui, ludibrioque habeantur; eorumque voces in Curia non exaudiantur. Tunc Regina populi clamores moleste ferens Cancellario mandat, ut, receptis libellis, negotium hoc sine mora expediat. Ipse Magistris Justitiariis (a) causam delegat, eis præcipiens, ut, Ricardo in jus vocato, actionem ex legibus definiant. Hi quæstione diligenter habita, quum eum multorum criminum reum cognovissent, bonis, ac perpetuo carcere damnant. Hic Messanenses & ob restituta privilegia, & ob damnationem Strategi nomen Cancellarii in coelum laudibus efferre; ejus beneficio fateri se libertati redditos; paratos se dicere ipsius gratia quodlibet quantumvis grave, ac difficile onus suscepturos. Verum, ut est vulgus mutabilis, & fere ingrata multitudo, non ita post

soli Messinesi, stati sempre al Principe fedelissimi, sono delusi, e scherniti; nè ascoltansi nella Curia i loro richiami. *La Reina allora mal comportando i clamori del popolo, impone al Cancelliere, che ricevendo i memoriali questo affare senza dimora spedisca. Egli commette la causa a' Maestri Giustizieri (a), comandando loro, che chiamato in giudizio Ricardo definissero l'accusa a tenor delle leggi. E questi formato diligentemente il processo, avendolo di molti delitti reo conosciuto, alla confiscazione de' beni, e a perpetua prigione lo condannano. Quì i Messinesi, e per li restituiti privilegj, e per la condannagione dello Stategò cominciarono ad esaltare fino al cielo il nome del Cancelliere; a confessare d'essere la sua mercè in libertà rimessi; e a protestarsi apparecchiati, e presti ad intraprendere per amor di lui qualunque cosa* quan-

(a) Unus erat proprie *Magister Justitiarius*, ut supra notavimus. Sed etiam Justitiarii quandoque *Magistri Justitiarii* & ipsi appellabantur; & tunc Magister Justitiarius *primi* nomine, ut ab Justitiariis distingueretur, notabatur. Vide Constit. Regni lib. 1. tit. 41. 42. 43.

(a) *Un solo e propriamente parlando il* Maestro Giustiziere, *come dianzi notammo. Ma similmente i Giustizieri alle volte* Maestri Giustizieri *anch' essi s' appellavano; e allora il Maestro Giustiziere col nome di primo veniva notato per distinguerlo da' Giustizieri. Veggansi le Costituzioni del Regno al lib. 1. tit. 41. 42. 43.*

post multo magna Messanensium pars, a Bartholomæo Perisino, qui apud ipsos auctoritate florebat, subornata, Henrico Montis Caveosi Comiti in Cancellarii perniciem se jurejurando clam obstrinxit. Multi simul Calabri, qui Messanam intellecto Regis adventu confluxerant, in idem facinus jurarant: Gentilisque Agrigentinus Episcopus, neglecto sacramento, quod ei tanta cum ostentatione præstiterat, a Stephano quoque defecerat, seseque ad conjuratos applicuerat. Interea res Ecclesiæ, & Italiæ haud erant tranquilliores. Fridericus enim Cæsar, etsi in Germania adhuc commorabatur, ibique perfecerat, ut in Bambergensi conventu Henricus filius natu major Germaniæ, Italiæque Rex renuntiaretur, tamen partes Ecclesiæ adversas fovere non desistebat, ac Pseudopontificem Callistum Alexandro opponere.

Jam vero turbas, quæ con-

quanto si voglia dura, e malagevole. Ma, come è il volgo mutabile, e per l' ordinario ingrata la moltitudine, così non dopo guari spazio gran parte de' Messinesi da Bartolomeo Perisino, che presso loro era in gran credito, subornata al Conte Enrico con sagramento nascosamente ad una lega s' obbliga in danno, e rovina del Cancelliere. Molti Calabresi similmente, i quali inteso l'arrivo del Re erano a Messina concorsi, giurato aveano di entrare nell'istessa cospirazione: e Gentile Vescovo di Agrigento, posto in non cale il giuramento, che prestato con tanta millanteria gli avea, erasi da Stefano altresì alienato. Frattanto gli affari della Chiesa, e dell'Italia non godevano maggior calma: conciossiachè Federigo Imperadore, sebbene in Germania ancor soggiornasse, e quivi tanto avesse fatto, che nella dieta di Bamberga Enrico suo figliuolo maggiore fusse a Re di Germania, e d' Italia eletto; però non rifiniva di fomentare il partito contrario alla Chiesa, e di opporre ad Alessandro l'Antipapa Callisto.

L' inaspettata venuta del Con-

contra Cancellarium movebantur, aliquantisper coercuit improvisus Comitis Gravinensis adventus. Is enim, ut a Cancellario in mandatis habuerat, secum Messanam adduxerat centum veteranos milites, armis probe instructos, quos perspectæ fidei, & virtutis, bellique expertos ex legionibus Apuliæ, & Campaniæ selegerat. Hæc opum accessio conjuratos, si minus ab proposito dimovit, at in suis latebris continebat; quum ad Cancellarium ex Nortmannia, aliisque Galliæ locis Messanam plurimi clientes confluxerant; qui gnari insidiarum, quæ ipsi nectebantur, ejus abusi patrocinio, indigenas, ac Græcos (a), qui tum haud parvo numero Messanam incolebant, dicteriis, conviciisque appetere; injuriis lacessere; proditores vocitare non cessabant. Isthæc Gallorum procacitas Mes-

Conte di Gravina raffrenò alquanto i tumulti, che moveansi contra il Cancelliere: imperciocchè costui, come gli era stato dal Cancelliere ordinato, seco a Messina un centinajo di soldati veterani condotti avea bene armati; i quali di provata fede, di valore, e di esperienza in guerra avea dalle milizie della Puglia, e della Campagna trascelti. Questo accrescimento di forze, se non ebbe i congiurati dal mal loro intendimento rimossi, nelle loro latebre almen conteneali; quando al Cancelliere in Messina molti suoi parziali di Normandia, e di altri luoghi della Francia eran concorsi; i quali consapevoli dell' insidie, che contra il loro protettore ordivansi, della protezion sua abusandosi, non facean fine di trafiggere con motti, e rimprocci, di provocar con ingiurie, e di chiamar traditori i paesani, e i Greci (a), che allora in gran numero in Messina abitavano. Co-

(a) Sub Principibus Nortmannis Græcorum copiam Messanæ extitisse ex eo patet, quod jam inde ab iis temporibus & Ecclesiæ Græcæ, & Græcus Clerus, & Collegia Græcarum Virginum in ea urbe fuerint.

(a) *Che sotto i Principi Normanni fosse stata gran copia di Greci in Messina, è chiaro da ciò, che sin da quei tempi e Chiese Greche, e Greco Clero, e Chiostri di Greche Monache stati vi sono*

Messanenses magis, magisque a Cancellario avertens, novum ignem conspirationi subjecit. Conjurati enim animos sumpsere ad aliquid contra eum facinoris pertentandum, sibi persuadentes quemcumque ipsorum motum populum sequuturum. Novos igitur stimulos Comiti Henrico admovent; eoque hominem tam nequam, quam temerarium adducunt, uti in se recipiat improviso in Cancellarium e Curia redeuntem irruere, eumque incautum sua manu trucidare. Ad quod tutius conficiendum Henricus quos plurimos poterat ex iis, qui inscii conjurationis erant, sacramento obligabat, ut sibi quacumque in re, quam aggrederetur, obsecundarent, præstoque essent. Hujusmodi sacramentum ab Rogerio Civitatis Judice, ad se pridie dici parricidio patrando condicti noctu accersito, quoque exegit, sed irrito conatu; propteraquod in rem incognitam hic jurare religioni habuit. Quamobrem quod aliis occuluerat, huic nudat. Judex consilium probare, sed ad deliberandum

Cotesta petulanza de' Francesi sempre più gli animi de' Messinesi dal Cancelliere ritraendo, nuova esca aggiunse al fuoco della congiura: imperocchè presero i congiurati coraggio a far qualche attentato contro di lui, persuadendosi, che avrebbe il popolo qualunque movimento loro secondato. Con nuovi stimoli adunque sollecitano il Conte Enrico; e lui siccome uomo quanto dappoco, altrettanto temerario, conducono a tale, che prende sopra di se di avventarsi all'improvviso addosso al Cancelliere, mentrechè di Corte tornasse, e lui non guardingo ad un tratto trucidare di sua propria mano. Il che per compiere a colpo più sicuro, Enrico quanti di coloro, che della congiura consapevoli non erano, più poteva con giuramento stringeva a seguitarlo, e a dargli mano in qualunque sua impresa. Un sì fatto giuramento pretese altresì da Rogero Giudice della Città, fatto a se di notte tempo venire il giorno innanzi a quello, che all'esecrando misfatto era stato prefisso, ma con vano sforzo: imperocchè egli si recò a scrupolo di obbligarsi con giuramento a cosa a se ignota: per-

P loc-

dum temporis aliquid sibi opus esse simulans, data fide tenendi tacitum, diei unius veniam impetravit. At vix illuxerat, quum ad Cancellarium secreto advolans, omnia eidem ordine pandit; præmonuitque nullam sibi prospiciendi moram interponendam, quandoquidem unum tantum diem spatii ad id haberet. Tum Cancellarius protinus advocatis Gravinæ, Monopoleos, Avellinique Comitibus, quibus maxime confidebat, eos rem edocet. Re consulta mandant Judici, ut ad Henricum reversus, nil in negotio, in quo de injuria ab Rege, Reginaque propulsanda agebatur, perjurium veritus, petitum sacramentum præstet, ne hoc recusando indicii suspicionem injiciat. Ut mandatum, ita a Judice præstitum. Mox Cancellarius Regem, Reginamque convenit, eosque de consilio Henrici, ac tota conjurationis ratione, ejusque consortibus certiores facit. Regina, ut hæc accepit, facinoris indignitate, periculoque reipublicæ fraternam pie-

locchè a costui il disegno, che tenuto avea agli altri nascoso, apre, e disvela. Il Giudice d' approvarlo, ma di abbisognargli qualche spazio di tempo a deliberare fingendo, data parola di osservare il segreto, ottenne un giorno di tempo. Ma appena era il nuovo dì spuntato, che andatasene di volo segretamente dal Cancelliere il tutto per ordine gli manifesta, avvertendolo niun indugio di provvedere alla sua sicurezza dover frapporsi, poichè d'un giorno solo lo spazio restavagli. Allora il Cancelliere chiamati tosto a se i Conti di Gravina, di Monopoli, e d' Avellino, ne' quali avea somma fidanza, gl' informa del successo. Questi, ben disaminata la cosa, comandano al Giudice, che tornandosene ad Enrico presti senza temer di spergiuro, dacchè trattavasi di ovviare ad un torto, che far volevasi al Re, e alla Reina, il chiestogli giuramento, affinchè ricusandolo non faccia entrare colui in sospetto di essere la trama scoverta. Il Giudice appuntino, come gli fu ordinato, così eseguì. Quinci il Cancelliere andò incontanente al Re, e alla

pietatem ſuperantibus, decrevit, coacta confeſtim Curia, Henricum vocandum in judicium, eumdem vel confeſſum, vel convictum, in aliqua arce cuſtodiendum, quoad ejus indicio in cæteros proditores inquireretur; deque ipſo, quod expediret, ſtatueretur. Igitur per apparitores convocantur Epiſcopi (a), Purpurati, Comites, cæterique proceres. Quibus in Curiam admiſſis, reliqui omnes ab ejus ingreſſu prohibentur præter paucos Cancellarii milites, quos ipſe juſſerat introduci, præſtoque eſſe, ſi in concilio tumultus concitaretur, colloquiumque verteretur in ſeditionem. Qua etiam de cauſa ipſe ſub tunica loricam induit; curavitque enſes aliquot per quoſdam ſuos Clericos latenter in eamdem Curiam inferri. Jam, quum omnes conſediſſent, Henricus, qui credens

la Reina, e del conſiglio d'Enrico, e di tutta l'orditura, e maniera della coſpirazione, e de' complici li rende conſapevoli. La Reina, come il tutto ebbe inteſo, eſſendo dall'indegnità della coſa, e dal pericolo dello ſtato la fraterna pietà vinta, ordinò, che ragunata preſtamente la Corte ſi chiamaſſe Enrico in giudicio, e lui o confeſſo, o convinto in qualche caſtello ſi cuſtodiſſe, finattantochè paleſando egli i complici ſi faceſſe inquiſizione contro degli altri traditori, e ſi determinaſſe quel, che di lui far ſi doveſſe. Per li meſſi adunque ſi convocano i Veſcovi (a), i Cortigiani, i Conti, e gli altri Signori, i quali ammeſſi nella Curia, ſe ne chiude ad ogni altro l'ingreſſo, ſalvochè a pochi ſoldati del Cancelliere, i quali ei comandò, che introdotti foſſero, e pronti ſteſſero, ſe mai nella ragunanza alcun tumulto ſi concitaſſe, e il congreſſo volgeſſeſi in ſedizione, avendo egli per l'iſteſſa cagione fatta la

(a) Epiſcopos jam inde a Regno Siciliæ conſtituto in Regium conſilium adſcitos, Regiorumque Conſiliariorum honore, ac munere perfunctos patet ex hoc loco, & ſexcentis aliis noſtrarum rerum Scriptorum.

(a) Che i Veſcovi, inſin dacchè fu ſtabilito il Reame di Sicilia, fuſſo ſtati ammeſſi nel Real conſiglio, e che abbiano goduto l'orrevol grado di Regj Conſiglieri, appariſce da queſto paſſo, e da ſecento altre de' noſtri Iſtorici.

P 2

dens suum propositum interficiendi Cancellarium esse adhuc occultum, rebatur concilium illud aliam in rem, quam in suam perniciem, convocatum, ut erat a conjurationis sociis edoctus, suam coepit exaggerare indigentiam, prædicans se demersum ære alieno; ditionis Montis Caveosi fructus suis sumptibus minime sufficere; exposcit vel Tarenti principatum, vel terras, quas in Sicilia tenuerat Silvester Palæocastrensium Comes, ab Guilelmo seniore perduellionis damnatus, ea mente, ut si unum, vel alterum negaretur, haberet, quod Cancellario ratione aliqua succenseret. At Comes Gravinensis eum interpellans, *beneficia*, inquit, *non prope stricto gladio extorquenda, sed officiis promerenda*: reprehendit ejus libidinem, impotentiam, effusionem: commemorat injurias suis illatas oppidis, oppidanisque: exprobrat dissensionis venenum aspersum matrem inter & filium: dein excurrens in laudes Cancellarii ef-

la tunica vestita la lorica, e fatte introdur da alquanti suoi Cherici nell' istessa Curia nascostamente alcune spade. Essendosi già tutti messi a sedere, Enrico credendosi, che il suo disegno di uccidere il Cancelliere fusse ancora occulto, avvisavasi, che quella ragunanza a tutt' altro oggetto, fuorchè a suo danno, e rovina convocata si fosse. Perciò, come stato era da' complici della congiura ammaestrato, si fece ad esporre le sue bisogne, se essere esagerando da' debiti oppresso; non bastare le rendite della Contea di Monte Scaghoso alle sue spese; domanda o il Principato di Taranto, o le Terre, che Silvestro Conte di Policastro avea in Sicilia possedute di ribellione condannato sotto il Regno di Guglielmo il Vecchio, con tal pensiero, che se l' una cosa, o l' altra gli venisse negata, argomento avrebbe di corrucciarsi con qualche ragione contra il Cancelliere. Ma il Conte di Gravina interrompendolo, le grazie, *disse*, non sono da strapparsi a mano armata, ma voglion esser meritate. *La sua cupidigia, violenza, e profusione riprende; i torti fatti alle sue Terre, e a'* suoi

esset hujus prudentiam, bonamque frugem; opponitque Henrici stultitiæ, atque improbitati; ipsum tandem arguit impietatis, & perfidiæ in Cancellarium, seditionis, & perduellionis in Regem. Ad hæc Henricus subito perculsus casu hæsitans, ac pavidus se contra Cancellarium conspirasse inficiatur: at quum Judex in medium productus in os affirmaret ab eo se modo ad jurandum in cædem Cancellarii adactum, tantus ipsum stupor oppressit, ut nec Judicis dicta refellere, nec se expurgare ausus fuerit; sed in contumelias tantum erumpere, Judicem proditorem compellando, ac perjurum, qui neglecto sacramento fuæ commissa fidei prodidit. Ita sua confessione damnatus jussus est intra palatium custodiri. His in concilio agitatis, decretisque, eo nondum dimisso, trepidus nuncius affert Henrici milites armatos illius in domum se recepisse; totam civitatem in motu esse;

suoi sudditi rammemora; il veleno della dissensione sparsa infra la madre, e il figliuolo gli rinfaccia. Quindi per le lodi del Cancelliere discorrendo il senno di questo esalta, la sua rettitudine, ed onestà di vita; e la contrappone alla stoltezza, e malvagità di Enrico. Finalmente d'empietà, e perfidia verso il Cancelliere, di sedizione, e di ribellione contro del Re l' incolpa. Al che Enrico dall' improvviso avvenimento colpito, esitante, e pauroso nega se aver contra il Cancelliere congiurato; ma il Giudice prodotto in mezzo dell'adunanza avendogli sostenuto in faccia se essere stato da lui poc' anzi forzato ad obbligarsi con giuramento alla morte del Cancelliere, tanto stupor l'oppresse, che non osò al detto del Giudice nè contraddire, nè scusarsi; ma in villanie rompendo chiamare il Giudice traditore, e spergiuro, che trascurato il giuramento avesse il secreto violato. In tal guisa per sua confessione condannato, si ordinò, che fosse entro il Palagio guardato. Tali cose nel congresso dibattute, e stabilite, questo ancor non disciolto, giunge tre-

se; multosque jam ad arma concurrere. Tum Cancellarius milites Comitis Gravinæ, suosque armari imperat, & ad palatium convenire: mittitque per Urbem apparitores, qui juberent cives ab armis discedere; populumque sedarent. Inde Hispanis edictum, ut ad unum omnes positis armis eadem ipsa die transfretarent; secus prostridie ejus diei quotquot ipsorum Messanæ deprehensi fuerint, in publica vincula conjiciendi. Inermes igitur, ut quisque citius poterat, in Brutios transmittunt. Quod ubi incolis compertum, spe prædæ in profugos incursant; eosque expoliantes, ac verberibus cedentes, nudos, sauciosque dimittunt. Quorum magna pars in altis Solaviæ silvæ nivibus periere vi frigoris confecti.

Sedato urbis tumultu, Bar-

trepido avviso esserfi i soldati d' Enrico armati in casa di lui raccolti; tutta la Città commossa; molti de' cittadini corsi all'arme. Quindi il Cancelliere comandò, che i soldati del Conte di Gravina, e i suoi s' armassero, ed armati dinanzi al Palagio convenissero; e mandò per la Città uscieri, che ingiungessero a' cittadini di deporre l'armi, e che acchetassero il popolo. Di poi fu agli Spagnuoli intimato, che tutti, niuno eccettuato, poste giù l' armi in quel dì medesimo varcassero lo stretto: altramenti al dimane di quel giorno, quanti di essi si fossero in Messina trovati, sarebbono stati posti nelle pubbliche prigioni. Disarmati adunque costoro, come più presto ciascun poteva, in Calabria trapassano. La qual cosa come i paesani riseppero, dalla speranza della preda incitati corrono addosso ai fuggitivi, e questi spogliando, e fieramente battendo nudi, e feriti li lasciano andare. De' quali gran parte nell' alte nevi della selva di Solavia di freddo perirono.

Calmato il tumulto della Cit-

Bartholomæus Lusciensis Cancellarium adiens se conspirationis participem prodidit, veniam quidem orans, sed cuique pœnæ, quæ ab ipso repeti placeret, sese permittens. Ægidii Abbatis Venusini precibus impetravit, ut Regni finibus excederet, quoad de cæteris reis sumpto supplicio, pacique aula restituta, Regis indulgentiâ revocaretur, terrâ ipsius interim ab eodem Ægidio tenendâ. Hujus sequutus exemplum Rogerius Sorellus ultro quoque fassus est se, circumventum licet, conjurasse. At, quod serius, quam ad misericordiam obtinendam opus fuisset, se indicavit, jam enim suo indicio Comes Henricus omnes sui consilii socios professus erat, in custodiam detruditur. Detectis itaque conjurationis noxiis, in quibus Ricardus Mandrensis, Molisii Comes, cum primis numerabatur, Cancellario quid optumum factu sibi foret non satis constabat. Amicorum enim plerique, circumspectis conjuratorum numero, & conditione, rem periculi plenam existima-

Città, Bartolomeo Lusciense andatosi al Cancelliere si manifestà partecipe della cospirazione, mercè bensì chiedendo, ma a qualunque pena, che di lui prender si volesse, sottomettendosi. A' prieghi di Egidio Abate di Venosa impetrò di poter ritirarsi dai confini del Regno, infinattantochè puniti gli altri rei, e racchetata la Corte, vi fusse per indulgenza del Re richiamato, dovendo frattanto Egidio la terra di lui trattenere. Tenendo al costui esempio dietro Rogero Sorello spontaneamente altresì confessò se essere stato uno de' congiurati, benchè trattovi da inganno. Ma perchè denunziossi più tardi, che d'uopo fosse ad ottenere pietà, imperocchè il Conte Enrico avea già nella sua confessione a nome per nome tutti manifestati i complici, in prigione vien messo. Scoperti pertanto coloro, che a parte erano della congiura, infra i quali Ricardo di Mandra Conte di Molise tra i primi annoveravasi, non era il Cancelliere certo, qual fusse il miglior partito, a cui appigliarsi. Molti de' suoi amici, considerato il numero, e la condizione de'

con-

mabant animadvertere in singulos; *eis enim etiam ad unum omnibus de medio sublatis, haud evulsum radicitus malum; cognatis, necessariisque ad eos vindicandos superstitibus; plerumque non utile modo, verum etiam necessarium multitudini, ac potentiae parcere; satiusque esse pollentes viros mitigare, quam punire; convocet illos in Curiam; ac coram Rege eis liberaliter ignoscat, verbis, & re ostendens ipsos injuria infesto in se innoxium, atque immeritum esse animo; se tamen, quum posset de eis ulcisci, velle potius beneficia pro maleficio rependere, quam in viros nobiles, quos honestare modis omnibus sibi numquam non fuit propositum, jure licet saevire.* Contra Comes Gravinensis sentiebat *pessimi exempli esse tantum nefas impunitum relinquere; privatas remittere injurias laudabile, publicas injustum; haud in privatam personam peccatum, sed in publicam, violatamque in Pontifice religionem, in supremo Regis administro Principis maje-*

sta-

congiurati, molto pericolosa cosa essere reputavano punir ciascuno; imperocchè, tolti eziandio tutti costoro fino ad uno di mezzo, non veniva dalle radici divelto il male, restando a vendicarli i parenti, e gli amici; non rade volte esser utile, ma ancor necessario perdonare alla moltitudine, e alla potenza; tornar meglio placare, che punire i potenti, che li chiami in Corte, e alla presenza del Re loro di buon grado perdoni, mostraodo a' medesimi colle parole, e co' fatti, che ingiustamente fussero stati d'animo infesto contro di lui, che fatto loro non avea alcun torto, nè questo si meritava; nondimeno potendo farne vendetta volea più tosto con benefizj il misfatto contraccambiare, che incrudelire benchè a buon diritto contra personaggi nobili, i quali avea mai sempre avuto in animo di onorare per ogni modo. *Al contrario il Conte di Gravina estimava* cosa di pessimo esempio lasciare una tanta scelleratezza impunita; esser laudevol fatto condonar le private offese, ingiusto le pubbliche; non privata per-

so-

statem; decutienda saltem summa papaverum capita, conspirationis scilicet principes judicio persequendo, damnatosque justis afficiendo pœnis, ut cæteri ad officium redirent, neve ad talia ausa se in posterum efferrent, reique publicæ sua tandem constaret quies; hac olim ratione Rogertum Regem prudentissimum regno suo pacem peperisse. Hujuscemodi Comitis Gravinensis oratio spectabat præcipue Comitem Molisii. Quod hujus potissimum opera ex Regia nuper exturbatus fuerat, in omnes se ulciscendi occasiones intentus, hanc tam idoneam sibi oblatam eum funditus perdendi avide arripuerat. At Cancellarius ad mansuetudinem, & misericordiam proclivior ab his abhorrebat consiliis; nec ad ea amplexanda adduci ullo pacto poterat. Dum autem sic animo fluctuabat, paucos post dies Comitum, aliorumque procerum concilium habitum fuit; in quo exurgens Boamundus Tarsensis, adolescens egregiæ virtutis, ac præ-

sona, ma pubblica essere stata in lui oltraggiata, e violata in un Vescovo la Religione, e in un supremo Regio Ministro la Maestà del Principe; doversi almeno abbattere le cime de' papaveri, perseguendo in giudicio i capi della congiura, e trovatili rei farne loro portare la giusta pena; affinchè gli altri al buon senno, e al dovere si ridonassero; nè in appresso si lasciassero a tali attentati trasportare; onde in fine la pubblica tranquillità si stabilisse; non con altra maniera, aver Rogero Re prudentissimo procacciata al suo Regno un tempo la pace. *Un sì fatto parlare del Conte di Gravina avea singolarmente di mira il Conte di Molise. Poichè per l'opera principalmente di costui era stato, non avea guari, scacciato di Corte, attento ad ogni occasione di vendicarsi, questa, che sì acconcia a perderlo offerta se gli era, presa avea avidamente. Ma il Cancelliere alla mansuetudine, e pietà più inchinevole alieno era da cotesti consigli; nè ad abbracciarli indur si poteva. Mentrechè egli da varj*

præclaræ nobilitatis coram accusat Molisii Comitem, quod in familiarem a Rege, Reginaque adscitus, beneficiisque cumulatus, infidelis non minus, quam ingratus in Cancellarium conjuraverit; id, tametsi indicio Comitis Henrici satis compertum, si pernegaretur, ipse singulari certamine se probaturum profitetur. Hic Comes Molisii audacter mendacii, & calumniæ nomine Boamundum notans, adjurat nunquam se contra Cancellarium mali quidpiam cogitasse; se tamen promptum esse non cum Boamundo solum, sed & cum binis aliis Boamundo paribus confligere; illud unum sibi grave futurum, si Cancellarius, cui perpetuo obsequi, gratusque esse studuerat, ipsum tam perfidum crederet. Hæc dicentem tanta incessit indignatio, ut se ab lacrymis minime continere potuerit: quæ tamen nihil obstiterunt, quominus alia ex parte insurgens Robertus Casertæ Comes in crimen aliud

pensieri così combattuto stavasi intra due, dopo pochi giorni si tenne ragunanza di Conti, e d'altri Signori, dove insorgendo Boamondo di Tarso giovane d'egregia virtù, e di nobiltà cospicua, accusa in faccia il Conte di Molise, che ammesso dal Re, e dalla Reina all'intima famigliarità, e ricolmo di favori, fellone non meno, che ingrato abbia contra il Cancelliere congiurato: ciò, comechè per la confessione del Conte Enrico abbastanza provato, se mai gli venisse disdetto, s'offre pronto a comprovare in singolar tenzone coll'armi alla mano. Quì il Conte di Molise audacemente dandogli di mentita, e di calunnia la taccia, giura di non essergli mai caduto pur in pensiero cosa alcuna di male contra il Cancelliere; se essere nondimeno apparecchiato di venire a fronte, e battersi non solamente con Boamondo, ma con due altri suoi pari; questo solo essere per riuscirgli acerbo, e grave a comportare, se il Cancelliere, al quale si era mai sempre studiato di essere ossequioso, e grato, lui cotanto disleale credesse. Così dicendo tan-

liud eumdem vocaret, quod scilicet occupatas olim Mandram in Apulia, aliasque in finibus Trojanorum Regii juris terras, eas sine Curiæ auctoritate furtim possideret. Ad hæc Comes Molisii respondit *terram Mandram a Gayto Petro, quum is Curiæ præerat, ad tempus ea lege obtinuisse, ut inde singulis annis certam pensionem Curiæ penderet; oppida vero in Trojanorum finibus habuisse ab Turgisio regionis illius Camerario*. Turgisius vero, qui tum forte præsens aderat, interrogatus negavit se oppidum aliquod illi concessisse. Quamobrem reliquis proceribus secedere jussis, demandatum Consiliariis, ut de hacce dica, quæ Molisii Comiti de integro impingebatur, cognoscerent, ac judicarent. Consiliarii, quibus judicium hoc obtigit, fuere Boamundus Monopoleos Comes, Robertus Comes Casertinus, Rogerius ejus filius Tricarici Comes, Rogerius Comes Avellini, Simon Comes Sangrensis, Rogerius Co-

tanta indignazione il prese, che non si potè dalle lagrime temperare: le quali punto non impedirono, che dall' altra parte levatosi Roberto Conte di Caserta altro delitto non gl' imputasse, vale a dire, che usurpate già gran tempo Mandra in Puglia, ed altre terre ne' confini di Troja di Regio diritto, quelle senza autorità della Corte furtivamente possedesse. Al che il Conte di Molise rispose, che la terra di Mandia da Gaito Pietro, mentre ei presedeva al governo, avea ottenuta a tempo con tal condizione, che indi ogn' anno certa pensione alla Corte pagasse; le terre poi nelle circostanze situate di Troja aver da Turgisio Camerlingo di quel paese avute. *Ma costui, che allora trovavasi per avventura presente, interrogato negò di alcuna terra avergli conceduta. Per la qual cosa fatti in disparte trarsi gli altri Signori, fu dato carico a' Consiglieri, che del delitto, di cui veniva il Conte di Molise nuovamente accagionato, prendessero cognizione. I Consiglieri, a' quali toccò questo giudicio, furono Boamondo Conte di Monopoli*,

Q 2 Ro-

Comes Giracis (*a*), Rogerius Tyronensis Magister Comestabulus; itemque Florius Camerotensis, Judex Tarentinus, & Abdenago, qui erant Magistri Justitiarii. Hi discussa caussa in eam convenere sententiam, Molisii Comitem, quod terram Mandram ab Gayto Petro quidem consequutus, quum post illius fugam ea excedere debuisset, ipsam nihilominus furtim retinuisset, cæteras vero terras invasisset, Regis arbitrio multandum (*b*). Hanc sententiam ad Regem retulit Comes Boamundus, qui alios facundia anteibat. At quum Molisii Comes judicium hoc ini-

Roberto Conte di Caserta, Rogero suo figliuolo Conte di Tricarico, Rogero Conte di Avellino, Simone Conte di Sangro, Rogero Conte di Gerace (a), Rogero di Tiro Maestro Conestabile; e medesimamente Florio di Camerota, il Giudice di Taranto, e Abdenago, che erano Maestri Giustizieri. Costoro disaminata la causa concordemente sentenziarono, che il Conte di Molise, perciocchè ottenuta da Gaito la terra di Mandra, avendo dopo la costui fuga dovuto dimetterla, furtivamente trattenuta se l'avea, ed era certamente dell' altre terre invasore, dovea perciò essere ad arbitrio del Re gastigato (b). Riferì cotesta sentenza al Re il

(*a*) Hic progenitus ab Alduino Isclæ Comite, qui originem suam trahebat ab Desiderio Longobardorum Rege, & Guerrera filia Rogerii Giracii Comitis, fuit avus Elisabettæ, quæ nuptui tradita Henrico, oppidi Vigintimilii in Liguria Comiti, Giracis dominium in vetustissimam æque ac nobilissimam Vigintimiliorum familiam transtulit.

(*b*) Vel, ut Falcandus, ubi hoc judicium narrat, scribit, *in misericordia Regis esse. In misericordia vero Regis*, ut docet Cangius in suo Glossario, esse lingua illius ævi dicebantur, qui ob delicta, quæis certa pœna a legibus statuta non esset, qua Regi placeret mulcta puniri poterant.

(*a*) *Questi nato da Alduino Conte d'Ischia, che la sua origine da Desiderio Re de' Longobardi traea, e da Guerrera figliuola di Rogero Conte di Gerace, fu avolo di Elisabetta, la quale data per moglie ad Enrico Conte di Ventimiglia nella riviera di Genova trasportò la signoria di Gerace nell' antichissima del pari, che nobilissima famiglia de' Ventimigli.*

(*b*) *O, come Falcando, dove riferisce questo giudizio, dice* in misericordia Regis esse. *Quei poi si diceano esse* in misericordia Regis *nella lingua di quel tempo, secondochè insegna Cangio nel suo Glossario, i quali per delitti, a cui non era stabilita pena dalle leggi, poteansi dal Re punire con quella, che gli fosse piaciuta.*

iniquum, & non jure, sed odio, doloque malo redditum diceret, eidemque reclamaret, Boamundus interfatus ipsum majestatis redarguit, asserens maligni, depravatique judicii infamiam non in eos tantum, qui illud exercuerint, sed & in ipsum Regem, qui Judices dederit, redundare: proinde Archiepiscopis, & Episcopis, qui Regi assidebant, injungitur, ut de novo hoc Mandrensis crimine, quod ex legibus justum foret, decernant. Et hi Comitem Molisii, quod ausus publicum judicium sugillare, in pœnam non modo bonorum, sed membrorum etiam, & capitis ex Regiis constitutionibus (a) incurrisset, Regis arbitratui, misericordiæque, utra pœna esset afficiendus, remittendum pronunciant

il Conte Boamondo, che gli altri nell' eloquenza avanzava. Ma, dicendo il Conte di Molise iniquo un tal giudizio, e non con ragione, ma per odio, e con malignità renduto, e di esso richiamandosi, Boamondo interrottolo, di lesa Maestà lo redarguisce, asserendo una tale infamia di maligno, e depravato giudizio non solamente sovra coloro, i quali esercitato lo avevano, ma insieme ancora sulla Reale persona, che i Giudici dati avea, ricadere: per la qual cosa agli Arcivescovi, e Vescovi, i quali erano Consiglieri, e Ministri del Re, s' ingiunge di diffinire contra cotesto nuovo delitto del Mandrese ciò, che giusto fosse a tenore delle leggi. E questi, perchè per l' ardire di aver diffamato un pubblico giudizio era in vigore delle Regie costituzioni (a) nella pena incorso non solo della confiscazio-

(a) Hi hujusmodi constitutio, quæ pœnam statuat in eos, qui Judicibus iniqui judicii notam falso injiciant, non invenitur in constitutionibus Regum, qui Guilelmum antecessere. Unde colligere licet Fridericum Imperatorem non omnes decessorum Regum constitutiones in suum codicem inseruisse, sed eas tantum, quæ magis usui fore visæ sunt.

(a) Una tal costituzione, che stabilisce la pena contra coloro, i quali ingiustamente danno d' ingiusto giudizio a' Giudici, non trovasi nelle costituzioni de' Re, i quali hanno Guglielmo preceduto, donde si può inferire, che Federigo Imperadore inserite non abbia nel suo codice tutte le costituzioni de' Re suoi predecessori, ma sol tanto quelle, che più acconce e profittevoli gli sono parute.

ciant (*a*). Arreptus igitur, & militum custodiæ traditus, Tauromenium jussus est perduci; ibique in arce, quæ ardua in rupe posita oppido imminet, summa diligentia custodiri. Episcopus autem Agrigentinus, dum hæc in Curia gerebantur, domo ex industria se tenuit, incommodam causatus valetudinem.

Sublatis de medio Comitibus Montiscaveosi, & Molisii, quorum potentia conjuratio nitebatur, Cancellarius nihil, quod inde admodum pertimesceret, reliquum sibi fore ducebat: nihilotamen secius Joannes Sinopolitanus, & Bartholomæus Perisinus ejusdem cri-

zione de' beni, ma ancora della mutilazione de' membri, e della morte, diffinscono doversi all' arbitrio, e misericordia del Re rimettere a qual delle due pene soggiacer dovesse (*a*). *Presolo adunque, e consegnato, e dato in guardia ai soldati, fu ordinato di condurlo a Taormina; e quivi nel castello, che in ardua rupe locato alla Città sovrasta, custodirsi con somma diligenza. Il Vescovo di Agrigento, mentrechè in Corte queste cose facevansi, a bella posta in casa sotto pretesto di malattia si trattenne.*

Tolti di mezzo i Conti di Monte Scaglioso, e di Molise, sul potere de' quali appoggiavasi la congiura, nulla più il Cancelliere pensava a restargli, di che quindi molto avesse a temere. Nulladimeno Giovanni di Sinopoli, e Bartolomeo Perisino, condennati rei dell' istesso delitto, in for-tis-

(*a*) Vel, ut alibi Falcandus ait, *Regis misericordiæ subjiciendum*. Qua formula tunc temporis Judices utebantur, quando aliquem, qui non unius pœnæ reus erat, damnabant. Remittebant enim, sive subjiciebant eum Principis misericordiæ, ut illi, quam vellet, majorem, vel minorem pœnam infligeret.

(*a*) *O, come parla l'istesso Falcando*, Regis misericordiæ subjiciendum; *della qual formula si servivano i Giudici di quel tempo, quando condannavano qualcheduno reo di più pene, rimettendolo alla misericordia del Principe, acciocchè gli facesse pagar la pena o minore, o maggiore secondochè a lui piacesse.*

criminis damnati in munitissima Salernitanæ regionis loca conclusi. Et Gualterio Modicensi, de eadem conspiratione solemniter arcessito, constituta datis vadibus dies, qua suo cum accusatore ex perverso illorum temporum more in singulare certamen pro se purgando descenderet. Hic finis conjuratorum animadversionibus factus: nam in reliquos, quamvis Cancellario notos, ne ipse severe nimis agere videretur, neve vulnus nimis tractando exacerbaret, quæstionem exercere noluit: imo blande illos tractabat, sperans aliorum pœnis admonitos posse mansuetudine sua ab scelerato proposito revocare.

tissimi luoghi del distretto di Salerno furon racchiusi. E a Gualtieri Modicense, che per la stessa congiura stato era chiamato solennemente in giudizio, avendo data malleveria, fu assegnata giornata, nella quale secondo il costume stravolto di que' tempi venisse col suo accusatore per iscolparsi a singolar combattimento. Qui finirono i gastighi de' congiurati: imperocchè contro degli altri, quantunque noti al Cancelliere, egli per non parere di operare con troppa severità, e per non esacerbare la piaga col troppo maneggiarla, non volle inquisire; anzi dolcemente trattavali, sperando di potere già dalle altrui pene ammoniti colla sua mansuetudine dal loro scellerato intendimento ritrarli.

Neque minus de sui studiosis magis magisque benemereri curabat. Mortuo Comite Simone Sangrensi, oppidis, quæ hic tenuerat, illius fratrem Ricardum donavit. Terras etiam, quas Comes Rainaldus possederat, transtulit una cum Comitis dignitate in Hannibalem ejus filium.

Nè minor cura poneva in vie più beneficare i suoi partigiani. Morto il Conte Simone di Sangro, i castelli, che costui aveva, donò a Ricardo di lui fratello. Delle terre ancora, che il Conte Rainaldo possedeva, trasferì il dominio insieme col titolo nella persona d' Annibale suo figliuolo. E quanto maggiori in verso di se

lium. Et quo majora erga ipsum Comitis Gravinæ merita constabant, namque hujus potissimum ope obviam contrariæ factionis itum erat potentiæ, eo erga illum beneficentiorem se præstitit. Jam inde a temporibus prisci Guilelmi Robertus Bassævillæ, Lorotelli Comes, & splendore sui generis, & regia affinitate perquam illustris, qui Lorotellum, aliaque oppida obtinebat, ob perduellionis crimen extra Regni fines aqua & igni interdictus versabatur; ejusque oppida fisco erant addicta. His quidem Cancellarius Comitem Gravinensem remunerat, dono sane danti æque ac accipienti futuro pernicioso. Utrique enim magnam conflavit ab Apulis invidiam ob recisam spem, qua Robertum adamantes tenebantur huic aliquando & exilii, & rerum suarum gratiam factum iri. Interim de Comite Henrico, qui, uti docuimus, in Palatio custodiebatur, Reginæ consilium fuit, ut mille aureis ei numeratis ad fratrem remitteretur. Jussæ propterea se-

se i meriti erano del Conte di Gravina, imperocchè coll' opera di costui principalmente si era fatta fronte alla contraria fazione, tanto più verso di lui fu benefico. Già fin da' tempi del vecchio Guglielmo Roberto di Bassavilla Conte di Lorotello, e per la chiarezza della sua nascita, e per la Real parentela molto ragguardevole, il quale possedeva Lorotello, ed altre terre, stavasi per delitto di ribellione fuor de' confini del Regno, stante essendogli le sue terre confiscate. Di queste il Cancelliere rimunerò il Conte di Gravina con dono, che era per essere al donato, e al donatore pernizioso. Imperocchè ad amendue concitò grand' odio nell' animo de' Pugliesi per la perduta speranza, la quale, amando essi molto Roberto, in seno nodrivano, che gli dovesse essere fatta una volta la grazia dell' esilio, e de' suoi beni. Frattanto intorno al Conte Enrico, il quale, come si è detto, nel Palagio era guardato, fu consiglio della Reina, che a lui contati mille scudi d' oro, in Ispagna al fratello si rimandasse. Il perchè si comanda, che s' armino sette galee,

septem expediri triremes, mandatumque Odoni Quarrello, qui in Galliam erat transiturus, ut Comitem ad Arelatensium fines, unde in Navarram proficisceretur, deduceret. Nec interea permissum, ut Messanæ moraretur. Sed illico Rhegium transvehitur, in arce custodiendus, quo inde, ubi primum Rex Messanâ discederet, tempestasque ferret, actutum vela faceret. Rebus ita compositis, Cancellarii inimicis vel castigatis, vel perterritis, amicis vel confirmatis, vel auctis, Rex ad IV. Idus Martias Messanâ profectus ad XIII. Kalendas Aprilis Panormum redit, suæ religionis monumentum Messanæ relinquens, donatis dotis nomine templo, Servatori sacro, Cœnobii Basilianæ familiæ, quod templum a Rogerio Comite inibi erectum, ipse sacrandum curaverat, nemoribus, quæ in prædiis, Cœnobio concessis, proavus sibi receperat. Rego digresso, Comes Gravinæ cum sua centuria Pharum trajiciens in Apuliam perrexit.

Ii, quorum ad Cancellarium opprimendum intentus animus erat, quosque rei difficultas hactenus in officio con-

lee, e ingiungesi ad Odone Quarrello, che passare in Francia doveva, di accompagnarlo fino a' confini di Arles, per indi incamminarsi verso Navarra. Nè frattanto si consentì di restar egli in Messina. Ma fu tosto trasportato in Reggio, e nella fortezza ristretto, affinchè, come si fosse di Messina il Re partito, e il tempo il permettesse, incontanente facesse vela. Le cose in questa guisa ordinate, i nemici del Cancelliere o gastigati, o atterriti, gli amici o confermati, o accresciuti, il Re partitosi di Messina addì 12. di Marzo, ritornò in Palermo a' 20. dell' istesso mese, lasciando in Messina un monumento della sua religione coll' aver dati al tempio del Monistero del Santissimo Salvatore de' Basiliani, che ivi eretto dal Conte Rogero, esso avea fatto consacrare, a conto di dote i boschi, che il bisavolo nelle possessioni, a' Monaci concedute, riserbati si avea. Partito il Re, il Conte di Gravina, tragittato il Faro, colla sua centuria andossene in Puglia.

Quei, che alla distruzione del Cancelliere intesi erano, e che la difficoltà dell' impresa avea finora tenuti a R *fre-*

continuerat, ut illam Comitis Gravinensis præsidio nudatum, eumdemque securum, ac sibi nihil ultra timentem vident, in ipsum insidias integrant. Præcipui harum insidiarum machinatores ii quidem fuere, quos magnopere tum mansuetudine, tum comitate Cancellarius mollire, sibique reconciliare enixus erat, nempe Gaytus Ricardus, Matthæus Notarius, & Gentilis Pontifex Agrigentinus. Hi quidem novis pactionibus, novisque in illius pestem sese obligant sacramentis. Destinatur exequendo proposito festus Palmarum dies. Accepto jurejurando seliguntur militum fideliores, fidentioresque, qui stato tempore, ubi Rex e palatio cum suo comitatu de more prodierit, Cancellarium, qui illum nunquam non affectabatur, gladiis in ipsa turba confodiant. Jam adversus eumdem, & Panormi, & aliis in oppidis non paucos sollicitarant; in suamque multa dando, pluraque pollicendo, conspirationem traxerant, usi idonea ab ipsomet Cancellario tum temporis occasione ipsis oblata

freno, come lui privo del presidio del Conte di Gravina, e securo, e niente a se stesso più temente veggono, le insidie contro di lui rinnovano. I principali macchinatori di queste furono quei medesimi, i quali sommamente e colla mansuetudine, e colla benignità il Cancelliere erasi di raddolcire, e di guadagnare ingegnato, vale a dire Gaito Ricardo, Matteo Notaro, e Gentile Vescovo di Agrigento. Costoro con nuovi patti, e nuovi giuramenti s'obbligano a perderlo. A mandare il reo disegno ad effetto si assegna il giorno festivo delle Palme. Ricevuto il giuramento si scelgono i più fedeli, e ardimentosi soldati, che al tempo determinato, quando il Re secondo il costume col suo corteggio uscito fusse di palagio, il Cancelliere, che sempre accompagnavalo, nell' istessa calca uccidessero. Già contra il medesimo e in Palermo, e in altre città, dando molto, e promettendo più, tratti avean molti nella congiura, avendo in quel tempo l' istesso Cancelliere offerta a' suoi nemici opportuna occasione di allontanargli l'animo de' popoli. Et poco innanzi a Giovanni Lavardino, il quale

ta ab eo populos alienandi. Contulerat is nuper Joanni Lavardino, quem a Gallia Hierosolymam profecturum Panormi constitisse supra memoravimus, Caccabum oppidum juris antea Matthæi Bonelli, qui tanta superioris Regni turbarum pars fuit. Lavardinus Galliæ consuetudinem prætexens ab oppidanis dimidium ejus, quod in ipsos ex industria, bonisve rediret, extorquebat. Contra Caccabenses nihil jure ab se exigere posse contendebant, patriis sacratis innixi legibus, institutisque, quibus cautum erat ab oppidanis nil tributi nomine dominis ex necessitate conferendum; sed in ipsorum certis temporibus ultro tantum, & ex voluntate subveniendum (a); solum Saracenos, Græcosque eos, qui censebantur veluti servi, villanique vocabantur, hujusmodi exactionibus esse obnoxios. Nihilotamen secius, quum Lavardinus in suo

le partitosi di Francia per passare in Gerusalemme di sopra rammentammo essersi fermato in Palermo, conferita avea la terra di Caccamo di ragione in prima di Matteo Bonello, il quale tanta parte ebbe negli sconvolgimenti dell' antecedente Regno. Il Lavardino sotto pretesto della costumanza di Francia da' terrazzani la metà di ciò, che della loro industria, e de' beni ricavavano, riscuoteva per forza. All'incontro i Caccamesi contendevano mente potersi di ragione da esso loro esigere, nelle patrie giurate leggi fondati; in vigor delle quali era stabilito nulla necessariamente a titolo di tributo doversi da' terrazzani contribuire a' Baroni, ma solo in certe loro bisogne spontaneamente, e di propria volontà sovvenirli (a); quei soli Saracini, e Greci, che riputavansi come servi, e villani chiamavansi, essere a tali riscossioni soggetti. Nondimeno, conciossiachè il Lavardino persistesse nell' impresa, i Cac-

(a) Confer Constit. Regni lib. 3. tit. 20. *de adjutoriis exigendis ab hominibus.*

(a) *Confrontate le Costituzioni del Regno lib. 3. tit. 20.* de' soccorsi da esigersi dai vassalli.

suo insisteret incepto, Caccabenses ad Cancellarium provocant. Is vero Roberti de Sancto Joanne, Rogeriique Tyronensis sanis consiliis temeraria suorum Gallorum anteponens, qui querelas Caccabensium nullo loco habendas ea præscriptione rebantur, ne hoc exemplo rusticorum in dominos soveretur contumacia, eas rejicit. Hinc ejus adversarii in vulgus spargunt, eam ipsi inesse mentem, immunitatibus, libertatibusque patriis abrogatis, Siculos oneribus, muneribusque eisdem, quæ Galli tolerabant, subjicere.

Ubi novæ hæ insidiæ Cancellario compertæ fuere, nullam ad eas præoccupandas moram ratus inferendam, primo Matthæum Notarium, advocata Curia, solemni judicio postulatum, quum se purgare non posset, in Palatii carcerem conjici jussit. Mox arripiuntur plerique eorum militum, quos in ipsius necem conjurasse constabat; quumque Regina renueret Gaytum Ricardum vinculis constringi, ægre tandem Cancellarius id ab ea ob-

Caccamesi appellarono al Cancelliere. Ma questi, anteponendo a' sani consigli di Roberto di San Giovanni, e di Rogero di Tiro i non sani, e temerarj de' suoi Franzesi, che sotto il pretesto di non fomentarsi con questo esempio contra i padroni la contumacia de' contadini stimavano in niun conto doversi avere le querele de' Caccamesi, le rigettò. Quinci i nemici di lui vanno fra il popolo spargendo, suo intendimento essere, annullate a' Siciliani le loro immunità, e libertà, a' pesi medesimi, e contribuzioni, che i Franzesi soffrivano, soggettarli.

Com' ebbe il Cancelliere queste nuove insidie scoperte, pensando non dover punto indugiare a troncarle, primamente, radunata la Curia, chiamato in solenne giudicio Matteo Notaro, conciossiachè giustificare non si potesse, comandò, che fosse carcerato in palagio. Di poi molti di que' soldati s' arrestano, che aver cospirato costava alla sua morte; nè avendo la Reina voluto, che Gaito Ricardo s' imprigionasse, a gran fatica in fine il Cancelliere da lei questo ottenne, che all' Eunu-

co

circumvallant. Simon Pictaviensis, cui cura domus concredita erat, dispositis circa muros militibus, eam pro loci natura præmunierat; sed militum maximam partem repentinus plebis concursus repulit. Cancellarius, ubi res suas eo discriminis adductas vidit, cum plerisque viris nobilibus, quos ab se non erat passus discedere, per continens cum domo sua templum in facram turrim, quæ instar munitionis ut illis temporibus erat, se intulit. Erant autem, qui semper ei familiariter adhærebant, Carbonellus, & Boamundus Tarsenses, Guilelmus Sanseverinus, Arduinus Cantuensis, Hugo Lupinus, Robertus item Mellenti Comes cum aliquot Gallis militibus. Interim militiæ magister Rogerius Tyronensis sua cum cohorte supervenicns homines, qui Cancellarii domum circumsidebant, acerrime proturbabat. At, ubi tanta eo sese effudit vis populi, ut suæ ad obsistendum vires impares essent; & jam in ipsum, suosque milites irruebatur, fu-

quivi poscia dall' altre parti della città in folla accorsi, cingono la casa del Cancelliere d'assedio. Simone di Poitters, cui n'era commessa la cura, disposti de' soldati intorno alle mura, l'avea, per quanto la natura del luogo portava, premunita. Ma il subitano concorso della plebe fece rinculare la maggior parte de' soldati. Il Cancelliere, tostochè vide a tanto pericolo le sue cose ridotte, con molti nobili personaggi, i quali non avea comportato, che da se si discostassero, per la chiesa alla sua casa contigua si ritirò nel campanile, che una maniera di fortificazione era per que' tempi. Coloro, che sempre mai famigliarmente gli stavano a' fianchi, erano Carbonello, e Boamondo ambi di Tarso, Guglielmo di S. Severino, Arduino Cantuense, Ugone Lupino, e Roberto Conte di Mellento con alquanti soldati Franzesi. Frattanto il Gran Conestabile Rogero di Tiro sopravvenutovi colla sua squadra rincalzava con sommo vigore coloro, che assediavan la casa del Cancelliere; ma dopochè tanta calca di popolo là trasse, che le sue forze non bastavano a far fron-

fugam capessere coactus est. Hinc Cancellarii domus, quantum late patebat, omni ex parte totis viribus oppugnari; obsessi nihil segnius non resistere solum, verum etiam identidem erumpentes, quamvis pauci, ingentem obsidentium numerum propulsare. In hac rerum perturbatione Matthæus Notarius, & Gaytus Ricardus ex locis, in queis erant inclusi, evadentes, in pristinam libertatem, auctoritatemque, nemine prohibente, se vindicant. Pro qua auctoritate, accersitis buccinatoribus, eis imperant, pro Cancellarii ædibus tubis, ac tympanis bellicum canant. Tunc enimvero universa civitas, Christiani æque, ac Saraceni, credentes signum illud jussu Regis datum, cum ingenti clamore, ac strepitu undique concurrentes domus oppugnationem urgere cœperunt. Cæterum, quum diu in id nequicquam instituissent, ad valvas templi magna lignorum strue admota, illas incendere instituunt, ut per templum in conjunctas ædes aditum si-

fronte, e già facevasi impeto contro di lui medesimo, e della sua gente, gli fu forza di prender la fuga. Quindi la casa del Cancelliere commciò, per quanto estendevasi, da ogni parte, e con tutta la forza ad esser battuta; nè perciò gli assediati resistevano con minore coraggio, che anzi facendo sovente sortite benchè pochi la gran moltitudine degli assedianti rispignevano. In questa confusione di cose Matteo Notaro, e Gatto Ricardo da' luoghi, dove stavano racchiusi, trattisi fuori, niun facendo loro ostacolo, alla primiera lor libertà, e autorità si restituiscono. Colla quale autorità fatti a se venire i trombettieri loro comandano, che dinanzi alla casa del Cancelliere con trombe, e timpani dessero all' arme. Allora la città tutta, tanto i Saracini, quanto i Cristiani, credendo essersi quel segno dato per comandamento del Re, con alte grida, e forte strepito da ogni parte concorrendo, si diedero a stringer l' espugnazion della casa. Ma essendosi indarno intorno a ciò adoprati, appressata alle porte del tempio una gran catasta di legna, imprendono ad arderle, affin di aprir-

si

sibi aperirent. Combustis postibus, jam in templum patebat ingressus: at aliqui ex Cancellarii militibus domo in templum accurrentes conantibus introire tanta virtute sese opposuere, ut ibi diu summo certamine utraque ex parte pugnatum sit, vires Cancellarii militibus desperatione ministrante, adversarios irritante pudore, quod tam effusæ multitudinis impetum exigua hominum manus sustineret. Vix, sed tandem multitudo prævaluit; coactique milites, quod magna ex parte saucii, omnes defessi erant, & ipsi ad sacram turrim refugere. Seditiosi per templum in Cancellarii ædes irruentes ex nobilibus, qui eas propugnarant, partim captos, vinctosque in custodias palatii mandant, partim æquis condicionibus in deditionem accipiunt. Inde sacram turrim adortis, quum comperissent eam aperta vi expugnare nec tam brevis, ut oportebat, nec incruenti negotii esse; ipsam enim milites, qui ex ædibus Cancellarii eò se

si per mezzo del tempio l' adito nella contigua casa. Arse le porte, già si era l'ingresso nella chiesa aperto; ma alquanti soldati del Cancelliere dalla casa nella chiesa accorrendo con tanto valore a coloro, che d'entrare sforzavansi, s'opposero, che quivi dall' una parte e dall'altra fu lungo e fiero combattimento, forze ai soldati del Cancelliere la disperazione somministrando, irritando i contrarj l'onta, che una piccola mano di uomini l'impeto sostenesse di tanta moltitudine. Con istento, ma alla fine prevalse la moltitudine, costretti i soldati, perchè la maggior parte feriti, e tutti stracchi, di ritirarsi anch' essi nel campanile. I sediziosi per la chiesa entrati a furore nella casa del Cancelliere, parte de' nobili, che l'avean difesa, presi, e legati chiudono nelle carceri del palagio, e parte sotto convenevoli condizioni costringono alla resa. Indi assalendo il campanile, posciachè ebbero conosciuto, l' espugnarlo con aperta forza non esser faccenda da potersene venire a capo in breve tempo, e senza sangue, poichè i soldati, che vi si erano ritirati dal-

se conjecerant, quamvis, uti scripsimus, vulneribus, lassitudineque confecti, nihilo tamen acrius defendebant, in diversa dispertitis consilia, quid agerent non constabat. Alii turri supponendum ignem censent, quandoquidem ejus generis saxis, quæ igne dissolvi, absumique poterant, constabat; nec ligna deerant, continuo undique eò congesta; alii admotis disjiciendam machinis; plerique suffodiendam opinantur. Dum hæc a seditiosis agitabantur, mater Regi persuadet, ut e palatio prodiens populo sese ostendat, quo eum aspectu, præsentiaque sua ab auso retrahat. Prohibent Matthæus Notarius, cæterique, qui aderant, conspirati, obtendentes, non esse Principis caput in tela, lapidesque furentis multitudinis temere committendum. Cæterum, quum turris eo die potiundæ, quocumque ipsa tentaretur pacto, nulla spes ostenderetur; timerentque conjurationis auctores, ne, si res longius produceretur, vel animi, ut in

dalla casa del Cancelliere, quantunque, come abbiam detto, per le ferite, e per la stracchezza rifiniti, vigorosamente lo difendevano, divisi in diversi pareri, non sapevano che fare. Altri son di avviso, doversi metter fuoco al campanile, giacchè costava di sassi di tale sorta, che potevansi discioglhere, e consumare col fuoco, nè a far questo legna mancavano, ivi incontanente da ogni parte a fasci recate; altri essere da abbattersi, con appressarvigli delle macchine; e molti da cavarsi sotto divisano. Mentre che queste cose da' sediziosi dibattevansi, al Re la madre persuade, che uscendo di palagio si mostrasse al popolo per ritrarlo col suo aspetto, e presenza dal temerario attentato. Vi si oppongono Matteo Notaro, e gli altri congiurati astanti sul pretesto, che non era da esporsi la persona del Principe fra i dardi, e le sassate della furibonda moltitudine. Ma non apparendo speranza alcuna di potersi, qualunque argomento vi si adoperasse, prender in quel giorno il campanile, gli autori della congiura temendo, se l' affare andasse in lungo, o che gli ani-

in motibus popularibus usu venit, defervescerent, vel si plebs resciret Regi inceptum non probari, facti pœnitens, ab eo desisteret, deliberarunt, ad hujusmodi cum Cancellario venire pactionem, ut, si Siciliâ ultro cederet, ab ei, suisque negotio exhibendo cessaretur; dareturque optio quo vellet transmittendi. Missis itaque internunciis, qui hanc Cancellario conditionem proponerent, ita demum, quandoquidem nulla alia expediendæ salutis ratio ei suppeteret, transactum est, ut armata trireme ipse cum paucis, quos eligeret, traduceretur in Syriam (a); Comiti Mellenti, reliquisque Gallis navigia ad trajiciendum idonea præberentur; nobiles indigenæ, qui cum eo in turri erant, terras suas, nulla ipsis exhibita molestia, tuto, ac libere possiderent; militibus stipendiariis concessa facultate vel

animi, seconduchè suole ne' moti popolari accadere, non si raffreddassero, o che, come si venisse in cognizione dalla plebe di esser la cosa di dispiacere del Re, pentita del fatto, abbandonasse l'impresa, deliberarono di venire col Cancelliere a questo accordo, che s'egli dalla Sicilia spontaneamente si ritraesse, cessarebbesi di dare a lui, ed a' suoi molestia; e in sua elezione lascerebbesi l'andar dovunque a grado gli tornasse. Spediti adunque i messaggi a proporre un tal partito al Cancelliere, così alla fine, poichè ogn'altra via a salute, e scampo mancavagli, si concordò, che armata una galea egli con pochi da lui eletti fosse in Soria trasportato (a): che si apprestassero al Conte di Mellento, e agli altri Franzesi, navigli per via trasferirli: che i nobili nativi del Regno, i quali con esso lui erano nella torre, continuassero, senzachè alcuna briga recata loro fusse, nel sicuro e libero possesso delle proprie terre, da-

(a) Ubi post Palæstinam, virtute Gotofredi Bullonii ab Christianis receptam, Galli Principes imperia obtinebant; frequensque erat eo Christianorum religionis gratia trajectio.

(a) Dove dopo la conquista della Palestina; per valor di Goffredo Buglione fatta da' Cristiani, signoreggiavano Principi Francesi, e frequente colà era de' Cristiani il tragitto per causa di religione.

vel in Curia manendi, vel aliò, quo libitum foret, transmigrandi. Hasce conditiones sine dolo malo servatum iri jurarunt Ricardus Syracusanus designatus Episcopus, Matthæus Notarius, Gaytus Ricardus, Romualdus Archiepiscopus Salernitanus, Joannes Episcopus Melitensis: eademque ejus diei, quo convenit, nocte, triremis raptim in Galli portu (a), qui duodecim ferme millia passuum abest ab urbe, adornanda curatur: ac postero die Cancellarius, e sacra turri cum paucis sociis prima luce extractus, in oram illam, ut inde vela faceret, militum stipante copia, ac magno non plebis modo, sed & principum facto concursu deducitur. Prosequuti sunt quoque Pontificem suum aliquot ex suæ Ecclesiæ Canonicis. Hi eum jam jam in navem conscensurum orant, obsecrantque, quando-

data a' soldati stipendiati la facoltà o di rimanere in Corte, o di passare a qualunque altra parte. Giurarono la fedele osservanza di cotesti patti Ricardo Eletto di Siracusa, Matteo Notaro, Gaito Ricardo, Romualdo Arcivescovo di Salerno, Giovanni Vescovo di Malta: e nella notte dello stesso giorno, in cui fu conchiusa la convenzione, si fa nel porto di Gallo (a), lontano dalla città non più di dodici miglia, metter in fretta all' ordine una galea: e il dì vegnente, tratto di buon' ora con pochi compagni il Cancelliere dal campanile, in quella spiaggia per ivi imbarcarsi con grande accompagnamento di soldati, e gran concorso non men di plebe, che de' primati viene condotto. Accompagnarono altresì il lor Pastore alcuni Canonici della sua Chiesa. Costoro sul punto di metter egli piè sulla barca lo pregano, e scongiurano, giacchè dal Regno si dipartiva, che sciolti li dal giuramento di fedel-

(a) Ut eum vocat Falcandus, at proprie non tam portus, quam statio navium est in Panormitano aquilonari litore, subjacens ejusdem nominis promontorio.

(a) *Come lo chiama Falcando: in verità però non è porto, ma un luogo da potervisi ricoverare piccoli legni nel lido aquilonare di Palermo, posto sotto al promontorio dello stesso nome.*

doquidem Regno excedat, ut fidei sacramento sibi dicto ipsos exolvens successorem renuntiare sinat. Quibus ille audisse dissimulans quum nihil responderet, conjurati primo hortari blande, dein acerbe comminando instare, ut Pontificatu Panormitano sese abdicaret; Canonicisque alium sibi in Pastorem legendi copiam faceret. Videns igitur Stephanus armatam circumfremere multitudinem; tumultuari milites; proceres indignari, quod ipse, non deposito Pontificatu, revertendi videretur animum, spemque haud deposuisse, metu compulsus, eo tandem cessit: mox triremem ingressus una cum Episcopo Melitensi, sibi itineris duce, custodeque dato, jussit nautis actutum solvere: metuebat enim, ne populus, quo litus magis, magisque cumulabatur, in se impetum faceret. Eo profecto, conspirati ad turrim regressi Comitem Mellenti, cæterosque Gallos inde eduxerunt; atque, ut eos ex furore ple-

deltà a lui prestato lasci loro la libertà di eleggere il successore. Ai quali egli, come se uditi non gli avesse, nulla rispondendo, i congiurati in prima colle buone cominciarono ad esortarlo, di poi minacciandolo aspramente ad incalzarlo a renunziare all' Arcivescovado di Palermo, e a dar facoltà ai Canonici di eleggersi un altro Pastore. Veggendo intanto Stefano fremere d' intorno armata la moltitudine, tumultuare i soldati, sdegnarsi i grandi, perchè egli non deponendo l' Arcivescovado, l' animo non parea di aver deposto, e la speranza di ritornare, da timore costretto ne fece finalmente la rinunzia. Poscia montato sopra il legno col Vescovo di Malta, a lui dato per iscorta, e guardia, comandò a' marinaj, che salpassero incontanente: imperocchè temeva, non il popolo, de cui s' andava il lido sempre più ingombrando, gli facesse violenza. Lui partito, i congiurati ritornati al campanile ne trassero fuori il Conte di Mellento, e gli altri Franzesi; e per sottrarli dal furore della plebe, o da qual-

plebis, vel aliqua Messanensium incursione eriperent, partim in castellum Parthenici, partim in illud Carinis asservandos amandarunt, quoad eis ad transvehendum navigia compararentur. Interim Cancellarius in altum provectus per australem Insulæ plagam cursum tenens, adeo procelloso usus est mari, ut jam prope quassata triremis naufragium minitaretur. Quapropter terræ proras advertere, Leocatamque, quod est finitimum Agrigentinis oppidum, ut navis resarciretur, descendere coactus, præmisit Episcopum Melitensem, qui oppidanis, ne negotium ipsi, injuriamque facesserent, Regis nomine ediceret. Cæterum, quum triremi reficiendæ plus temporis opus esse, quam ipse in Sicilia tuto commorari posset, videretur, onerariam, quæ eodem per illos dies forte fortuna appulerat, navem a Genuensibus sibi emit; eisdemque conductis nautis, secunda navigatione in Syriam transmisit, ex septem & triginta viris, qui secum ex

qualche incursione de' Messinesi, parte nel castello di Partenico, e parte in quello di Carini li mandarono a custodirsi, finchè loro si apparecchiassero i navigli a condurneli via. Frattanto il Cancelliere trasportato ben presto in alto, tenendo il corso per la piaggia meridionale dell' Isola, ebbe così fiero e procelloso il mare, che il legno già sdrucito, e quasi rotto ad ogni percossa d' onda minacciava naufragio. Il perchè costretto ad afferrare, e discendere ad Alicata, la quale è una città vicina agli Agrigentini, per racconciar la nave, mandò innanzi il Vescovo di Malta, il quale in nome del Re a' paesani ingiungesse di non gli dare alcuna noja, nè alcuna ingiuria recargli. Ma richiedendo l' acconciamento del legno più tempo, ch'egli trar dimora potesse senza pericolo in Sicilia, comprò dai Genovesi una nave da carico, che in que' dì nel medesimo lido per avventura presa avea terra; e noleggiati gli stessi marinaj, passò con prospera navigazione in Soria, di trentasette Franzesi, che seco vennero, due solamen- te

ex Gallia venerant, reliquis alio alia vice absumptis, duobus tantum superstitibus. Horum alter fuit Petrus Blesensis, qui in Sicilia substitit. Is enim, & quum tumultus erupit, & quum Cancellarius e Regno concessit, semitertiana febri laborabat. Proinde fuit a Rege, ne quid injuriæ incommodique ab seditiosis acciperet, Romualdi Archiepiscopi Salernitani fidei traditus; qui ejus non secus, ac si suus filius, vel dominus esset, sedulam curam suscepit; eumque salvum, incolumemque præstitit,

te in vita rimasi, tutti gli altri chi in una maniera, e chi in un' altra periti. Uno di questi fu Pietro Blesense, che restò in Sicilia; imperocchè, sì quando scoppiò il turbine del tumulto, sì quando il Cancelliere si partì dal Regno, era da febbre semiterzana travagliato. Per la qual cosa dal Re, affinchè noja, e oltraggio non ricevesse da' sediziosi, fu dato in custodia a Romualdo Arcivescovo di Salerno; il quale di lui prese cura non altramente, che suo figliuolo stato fosse, o suo signore; e sano, e salvo lo conservò.



D E

VITA, ET REBUS GESTIS
GUILELMI II.
SICILIÆ REGIS,

Monregalensis Ecclesiæ Fundatoris.

LIBER TERTIUS.



Non sine animi nostri horrore, & lectoris fortasse satietate primos Regni Gulielmi nostri annos prosequuti sumus, exactos inter conjurationes, perfidias, seditiones, perjuria, cædes, sacrilegia. Omnia humana, divinaque jura permista. Nihil tam sanctum non violatum ab ambitu, ab invidia, ab sacra auri fame, ab dominandi lubidine. Haberemus sane, quod nostræ gratularemur ætati; quæ mores habet humaniores, mitioresque; ni ad alteram incumberent partem, ad mol-



Non senza raccapriccio nostro, e rincrescimento forse anche del leggitore descritti abbiamo i primi anni del Regno del nostro Guglielmo, trapassati infra congiure, perfidie, sedizioni, spergiuri, uccisioni, sacrilegi. Tutte le leggi così umane, come divine messe a soqquadro. Niuna cosa tanto santa non violata dall' ambizione, dall' invidia, dall' esecranda fame dell' oro, dalla cupidigia di dominare. Avremmo certamente di che congratularci coll' età nostra, che ha costumi più umani, e più miti, se non piegassero dall' altra parte alla

mollitiem nempe, inertiam, luxumque, indulgendo scenis, aleæ, choreis, lautitiis, amoribus, aliisque hujus generis voluptatibus, quæ animum effœminant, atque enervant; ineptumque ad quicquam reddunt frugis. Sed prætermissis morosis hisce, tetricisque, ut nostri temporis hominibus videri possent, querelis, narrationis nostræ filum resumemus.

la mollizie cioè, all' ozio pigro, al lusso, attendendo al teatro, al giuoco, ai balli, alle lautezze, e ad altri somiglianti piaceri, che indeboliscono l' animo, ed effeminato il rendono, e inetto a cosa di buono. Ma lasciate da parte coteste, che agli uomini del nostro tempo importune, e triste querele sembrar potrebbero, il filo ripiglieremo di nostro racconto.

Anno 1169

Dum Cancellarius Syriam navigat, appellunt Panormum cum tribus, & viginti armatis triremibus Henricus Montiscaveosi Comes, & Ricardus Comes Molisii, simulque Messanenses complures. Eò etiam pervenerat Agrigentinus Episcopus, è custodia arcis fani Divi Marci exemptus. His quum tantæ suppeterent opes, uti quidquid lubitum foret conficere integrum esset; nihilque obsistere posset, Curiam innovant, decem constitutis Consiliariis, qui rem

Mentre che il Cancelliere naviga inverso Soria, approdano a Palermo con ventitre armate galee Enrico Conte di Monte Scaglioso, e Ricardo Conte di Molise, e non pochi Messinesi insieme. Ivi ancora giunto era il Vescovo di Agrigento sottratto alla prigione del castello di San Marco. Avendo costoro tante forze, che recar potevano ad effetto tutto ciò, che in animo lor tornava, e nulla valeva a far loro ostacolo, rinnovano la Curia, stabiliti avendo dieci Consiglieri, che le cose pubbliche tutte reggessero,

rem omnem publicam moderarentur, nempe Ricardo Syracusano designato Episcopo, Gentili Episcopo Agrigentino, Romualdo Archiepiscopo Saletnitano, Joanne Episcopo Melitensi, Rogerio Comite Girasis, Ricardo Molisii Comite, Henrico Comite Montiscaveosi, Matthæo Notario, Gayto Ricardo, & Gualterio Ophamillio, primum, sicut supra meminimus, Cephalæditanæ Ecclesiæ Archidiacono, deinde ad Canonicatum Regii sacelli provecto, Regis præceptore. Hunc enim, quod in summam gratiam, auctoritatemque apud adolescentem Principem pervenerat, Reginæ invisum, post Cancellarii discessum Reginæ rebus attritis, conjurati facile sibi adjunxerunt. Ii, veluti restituendæ reipublicæ decemviri, nihil prius sibi faciendum putarunt, quam, ut Gilibertus Comes Gravinensis cum ejus filio Bertranno e Regno vel vi expelleretur. Dant itaque Rogerto Comiti Albanensi, & Ricardo Sagio Funda-

ro, vale a dire Ricardo eletto Vescovo di Siracusa, Gentile Vescovo di Agrigento, Romualdo Arcivescovo di Salerno, Giovanni Vescovo di Malta, Rogero Conte di Gerace, Ricardo Conte di Molise, Enrico Conte di Montescaglioso, Matteo Notajo, Gaito Ricardo, e Gualtieri Offamiglio, pria, come sopra rammentammo, Arcidiacono della Chiesa di Cefalù, e promosso indi al Canonicato della Real Cappella, precettore del Re: imperocchè costui già da un pezzo in odio alla Regina venuto, perchè a sommo favore e credito arrivato era presso il giovinetto Principe, essendo le cose di lei dopo la partenza del Cancelliere a mal termine ridotte, agevolmente i congiurati trassero al loro partito. Eglino, quasi come decemviri costituti a riformare il governo pubblico, argomentaronsi prima di ogni altra cosa di dovere cacciar via del Regno anche con la forza Gilberto Conte di Gravina col suo figliuolo Beltrando. Danno pertanto incombenza a Rogero Conte d' Alba, e a Ricardo Saggio Conte di Fon-

di,

dano Comiti negotium, ut, ni Gilibertus statim accepto mandato Curiæ abeat, cum eo, tamquam cum perduelli, hostiliter agant. Ille, hoc cognito, in quoddam castellum cum suis militibus, suaque familia, resistendi animo se inclusit, communiitque. At eum Albanensi, & Fundano Comitibus coactis ex omni Apulia copiis obsidentibus, quum ejus milites, audito Curiæ jussu, ab ipso universi defluxissent, eumdemque non præteriret, quanta apud proceres, civitatesque Apuliæ invidia flagraret, re desperata, Fundorum Comiti se cum suis thesauris in deditionem permisit, ea tamen conditione, ut sibi quoque liceret cum conjuge, & liberis in Syriæ partes tuto trajicere; ubi ex ulcere in femore vitâ non multo post excessit. In animo itidem erat novis Regni moderatoribus ab eo exterminare Hugonem Comitem Catacensem, & ipsum Stephani Perticensis consanguineum, Reginæque partibus addictum; sed, quoniam talis con-

di, che se Gilberto, ricevuto l'ordine della Corte, tosto tosto non si dileguì, ostilmente lui trattino come ribelle. Egli, avuta di ciò contezza, in un castello co' suoi soldati, e colla sua famiglia, con animo di resistere si racchiuse, e fortificò. Ma assediandolo i Conti d'Alba, e di Fondi con truppe da tutta la Puglia raccolte, conciossiachè i suoi soldati, inteso il comandamento della Corte, fil filo abbandonato lo avessero, ed egli ben sapesse, quanto odio contro di se ardesse nel cuor de' Baroni, e delle città della Puglia, ogni speranza perduta, co' suoi tesori al Conte di Fondi si diede con patto però, che a se pur fosse permesso in un colla consorte, e co' figliuoli tragittare con sicurezza nelle parti di Soria; dove di ulcera nella coscia non guari dopo se ne morì. Avevano similmente in cuore i novelli reggitori del Regno di cacciarne Ugone Conte di Catanzaro anch' esso per sangue a Stefano Perticese congiunto, e partigiano della Regina, ma, poichè di tal consiglio, e di tal animo egli non era, che o ce-

consilii, talisque animi hic haud erat, ut ab eo vel occultæ insidiæ, vel aperti conatus timeri possent, ei parcere maluerunt, quo Reginæ contra ipsos propter tot, tantasque suis illatas injurias, exulceratum animum aliquantulum lenirent.

Contra, ut spem omnem Stephano Siciliæ repetendæ adimerent, libenter Ophamillium, qui, sicut paulo ante dictum est, in ipsorum partes descenderat, quique Regis existimatione præpollebat, Panormitanum creari Pontificem consenserunt; quamquam ex eis unus, & alter, Gentilis nempe Episcopus Agrigentinus, & Ricardus Syracusanus designatus Episcopus eamdem dignitatem vehementer affectarant. Gualterius igitur, conducta plebis multitudine, quæ armata ad ipsum eligendum Canonicos metu adigeret, in Pontificatum sese intrusit. Hoc Reginæ, cæterisque Stephani fautoribus perquam molestum accidit. Sperabant tamen Pontificem maximum, quod vi, & metu

o celate insidie, o manifesti attentati di lui temer si potessero, vollero avergli riguardo, affinchè l' animo della Regina contro di essi per tante e sì gravi ingiurie fatte ai suoi esacerbato alquanto mitigassero.

All' incontro, per troncare a Stefano ogni speranza di ritornare in Sicilia, essi volentieri consentirono, che fosse eletto ad Arcivescovo di Palermo Offamiglio, il quale, come narrammo, s' era fatto del loro partito, e la grazia sovra tutti godeva, e l' estimazione del Re; sebbene due di loro, vale a dire Gentile Vescovo di Agrigento, e Ricardo Eletto di Siracusa avevano l' istessa dignità ansiosamente cerca ed ambita. Gualtieri adunque, ragunati molti della plebe, i quali armati con terrore i Canonici ad eleggerlo costringessero, nell' Arcivescovado s' intruse. Ciò alla Reina, e agli altri partigiani di Stefano riuscì oltre modo discaro. Speravano nondimeno, che il Sommo Pontefice, poichè per forza, e per timore non me-

tu tam Stephanus suo jure cesserat, quam in ejus locum Canonici Ophamillium suffecerant, rem ratam non habiturum; maxime quod ad id consequendum Regina septingentas auri uncias (a) ad Alexandrum deferendas Cardinali Petro Cajetano, qui tum Panormi forte aderat, numerandas curarat. Sed propter contrariæ factionis cum majorem auctoritatem, tum majus auri pondus spes hæc illos frustrata est. Alexander enim, quoniam eo in loco, in quo res suæ erant, & auxiliis Regis Siciliæ, & pecunia indigebat, dies aliquot, ne sententia inconsulte prolata videretur, protracto negotio, electionem Gualterii datis Benevento literis tandem comprobavit; Regisque rogatu, qui eum ab suo latere discedere non patiebatur, eidem gratiam fecit, ut in ipsa Panormi urbe ab Episcopis suæ Provinciæ consecraretur; idque novo exemplo; nam-

no Stefano avea al suo diritto rinunziato, che aveano i Canonici eletto in suo luogo Offamiglio, non fosse per confermare il fatto, massimamente che a ciò conseguare la Reina settecento once d' oro (a) al Cardinal Pietro Gaetano, il quale allora in Palermo per avventura trovavasi, avea fatte contare da recarle ad Alessandro. Ma della contraria fazione si l' autorità maggiore, sì la maggior forza dell' oro deluse la loro speranza; conciossiachè Alessandro nello stato, in cui erano le cose sue, e de' soccorsi del Re di Sicilia, e di danajo abbisognando, per non parere nel giudicare inconsiderato, alquanti di prolungato l' affare, finalmente con lettere in data di Benevento confermò l' elezione di Gualtieri; e a richiesta del Re, il quale non soffriva, che egli dal suo fianco si scostasse, gli fè la grazia di poter essere consagrato nell' istessa città di Palermo da' Vescovi della sua Provincia; grazia di nuo-vo

(a) *Uncia* tunc temporis ut hodie monetæ aureæ genus, Vide Cangii Gloss. verbo *Uncia*.

(a) *L' Oncia in quel tempo come oggidì sorta di moneta d'oro. Vedi il Cangio Gloss. alla parola* Uncia.

namque ad id tempus nemo Panormitanæ Ecclesiæ renuntiatus Pontifex Pontificem maximum, a quo inaugurareturg, non adierat. Præterea Alexander legavit in Siciliam Joannem Pizzutum Neapolitanum, Sanctæ Anastasiæ Presbyterum Cardinalem, qui Gualterii consecrationi adesset, eique pallium imponeret. Ad III. itaque calendas Octobres in æde maxima, præsente Sanctæ Anastasiæ Cardinali, fuit Gualterius a Gentili Agrigentino, Tristano Mazariensi, & Joanne Melitensi Episcopis solemni ritu sacratus. Huic cærimoniæ affuere Rex, Reginaque; queis nunquam alias spectata tam grata, venerabilisque accidit, ut, quum ad osculandam sacrati Pontificis manum religiose accessefrunt, Ecclesiæ Panormitanæ perpetuo fruenda obtulerint pistrina (*a*) cum suis aquis, & rivis ad mare usque defluentibus, posita in Broc-ca-

vo esempio: imperocchè niuno eletto alla Chiesa di Palermo erasi fino a quel tempo stato, che al Sommo Pontefice per esser consagrato ito non fusse. Oltre a ciò Alessandro mandò legato in Sicilia Giovanni Pizzuto Napoltano, Cardinal Prete della Chiesa di Santa Anastasia, che assistesse alla consecrazione di Gualtieri, e del pallio il fregiasse. Addì 29. di Settembre adunque nella Chiesa Cattedrale in presenza del Cardinale di Santa Anastasia fu Gualtieri da Gentile Vescovo di Agrigento, da Tristano Vescovo di Mazara, e da Giovanni Vescovo di Malta solennemente consagrato. Ad una tale sagra funzione intervennero il Re, la Reina, a' quali come non mai altre volte veduta riuscì così grata, e venerabile, che quando a baciar del consegrato Prelato la mano religiosamente si fecero, da fruirsi in perpetuo alla Chiesa di Palermo offerfero i mulini (*a*) colle proprie gore, e ri-

(*a*) Ex hoc loco confirmatur, donata a Principe prædio, non intelligi donatas aquas, quæ in eo scaturiunt, vel fluunt, nec molendina in eodem constructa, vel

(*a*) *Da questo passo comprovasi, che dato dal Principe il fondo non s' intendono date l' acque, che in esso scaturiscono, e scorrono, nè dati i mulini in esso costrutti,*

cati agro, quo a prisco Gulielmo eadem Ecclesia donata fuerat.

Ophamillius Pontificio gravissimo munere licet assumpto, haudquaquam a civilibus curis se abstinuit; immo posthac in eum unum rei publicæ administrandæ moles incubuit; qui tamen sibi adjutores, administrosque adscivit Episcopum Agrigentinum, & Matthæum Notarium; qui Vicecancellarii munus jam resumpserat. Permansit quoque in Regis consilio Ricardus Syracusanus designa-

rivi fino al mare nel feudo posto di Broccato, del quale l'antico Guglielmo alla medesima Chiesa fatto avea dono.

Offamiglio, benchè addossato s'avesse il carico gravissimo dell'Arcivescovado, non però dalle cure civili s'astenne; anzi da poi a lui solo fu tutto il peso del pubblico governo appoggiato; il quale per altro s'accoppiò adjutori, e ministri il Vescovo d'Agrigento, e Matteo Notaro, che ripreso già avea l'officio di Viceccancelliere. Restò anche nel Real Consiglio Riccardo Eletto di Siracusa; il quale in questo tempo dal Sommo Pontefice con-

vel ea confirmandi jus, nisi expressa ea docent. Nam hæc omnia inter jura Principis, quæ regalia dicuntur, annumerantur. Confer Muratori dissert tom 3. dissert 48. pag 101. Autographum concessionis horum molendinorum extat in tabulario Ecclesiæ Panormitanæ. Sigillum quod hoc diploma habet impressum in calce, est animadversione dignum, in eo quod præsefert Regis religionem. Est enim figura ad modum circuli continens intus nomen, & titulos Regis, videlicet. *Guilelmus Dextera favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ*, in capite crucem, & in ambitu inscriptum hunc Psalmorum 117. 16 versiculum. *Dextera Domini fecit virtutem. Dextera Domini exaltavit me*. Adi clarissimi Mongitorii collect. privileg. Ecclesiæ Panormitanæ pag. 45.

ti, nè il diritto di confermarne, se ciò espressi termini non si dotano, imperocchè tutti questi infra i diritti propri del Principe, che regalie appellansi, sono annoverati. Si confrontino le dissert del Muratori nel tom 3, alla dissert 48. pag 101 L'originale della concessione di questi mulini ritrovasi nell'Archivio della Chiesa di Palermo. Il suggello, che ha questo diploma, improntato nel fine, è degno d'esser osservato, mentre quello, che porta in fronte la religione del Re, imperocchè è una figura circolare contenente dentro il nome, e i titoli del Re, cioè a dire Guglielmo per la Dio grazia Re di Sicilia, del Ducato di Puglia, e del Principato di Capua, in capo la croce, e all'intorno scritto questo versetto del Salmo 117. 16. La destra del Signore mi fe valoroso, la destra del Signore mi esaltò. Vedi dell'eruditissimo Mongitore la raccolta de' privilegj della Chiesa Palermitana pag. 45.

gna-

gnatus Episcopus, qui hoc tempore a Pontifice maximo consecratus, & decoratusque pallio fuit (*a*). Gayto item Ricardo cubiculo præpositi mansit honor; creatusque qui triclinio præesset Lupinus. His Aulæ, Curiæque administris, eisdem profecto, quos auctores, vel fautores tot turbarum hactenus vidimus, quoniam Rex jam imperio maturior per se gubernare incipiebat, ingeniique sui bonitatem in dies magis, magisque explicabat, alta, & in Aula, & in Curia tranquillitas consequuta est; mansitque, quoad Guilelmus regnavit. Tantum ad temperanda ingenia, moresque aulicorum, ingenium Principis, moresque valent.

Motus vero civiles terræ excepit motus. Siciliæ naturæ commodis abundans, ejusdem naturæ incom-

consegrato fu, ed onorato del pallio (a). Parimente fu Gatto Ricardo mantenuto nell' onore di Maggiordomo; e creato Siniscalco Lupino. Essendo costoro della Corte, e della Curia ministri, e que' medesimi al certo, che fin ora veduti abbiamo capi, e fautori di tante turbolenze, poichè il Re già all' impero più adatto, e maturo, da per se incominciava a governare, e di giorno in giorno la bontà andava vie più dell' indole sua dispiegando, ne seguì nella Corte, e nella Curia una profonda tranquillità; e fu, finchè regnò Guglielmo, durevole, e salda. Tanto a temperar l'indole, e i costumi de' cortigiani han valore, e possa l' indole, e i costumi del Principe.

Succedette però a' movimenti civili un movimento di terra. La Sicilia d' ogni dovizia della natura, ficco-

(*a*) Pallium olim non erat Archiep scoporum insigne, sed deferebatur meritis personæ, vel Ecclesiæ dignitati. Quapropter Ecclesiæ Syracusanæ, quæ antiquitus inter illustres semper habita fuit, Antistites per multum temporis honorem hunc obtinuerunt.

(*a*) *Il Pallio una volta non era insegna degli Arcivescovi, ma dar asi al merito della persona, o alla dignità della Chiesa. Laonde i Vescovi della Chiesa di Siracusa, la quale anticamente fu sempre tra le più illustri reputata, per molto tempo furono di questo segnale d' onore fregiati.*

commodis, ut est rerum humanarum conditio, non vacat. Obnoxia enim vel maxime est terræmotui, qui inter mortalium calamitates principem sane locum obtinet; tum quod omnem humanam effugit providentiam; tum quod simul vitam, rem domesticam, lares, publica ædificia, templa, urbes totas, opera tot sæculorum, uno veluti momento delet; tum denique quod tam tetrum, quam lentum mortis genus iis infert, qui sub ruinis prius sepulti, quam mortui remanent. Quod huic Insula nostra subjecta sit malo, in causa ponuntur subterranei ignes, materiæque ignem foventes, queis ipsa scatet. Hoc arguunt frequentes thermæ, Aeoliæ insulæ, sed præsertim Ætna, quæ vim ignis tantam suis visceribus concoquit, ut ibi Vulcani officinam existere, Jovisque fulmina fabricari Poetæ fabulentur. Tali ærumnæ si unquam Sicilia ingemuit, per hoc fuit certe tempus, ad quod nostra progressa est narratio. Pridie

come è dell' umane cose la condizione, non va de' disagj della natura esente. Principalmente è al tremuoto soggetta, il quale fra le calamità de' mortali tiene veramente il primo luogo; sì perchè in quello non vale alcun senno, nè provvedimento umano; sì perchè la vita, le sostanze, le case, i pubblici edificj, i tempj, le intere città, l' opere di tanti secoli quasi in un momento rovescia, e distrugge; sì finalmente perchè una tanto tetra, quanto lenta maniera di morte appresenta a coloro, i quali sotto le ruine prima sepolti, che morti, vivi dal numero de' vivi son tolti. Che a cotesto infortunio l' Isola nostra sottoposta sia, se ne dan per cagione i sotterranei fuochi, e le materie del fuoco nutrici, delle quali ella abbonda. Segni, ed argomenti ne sono le terme frequenti, l' isole Eolie, e principalmente l' Etna, che tanta copia di fuoco nutre in seno, che quivi essere la fucina di Vulcano, e fabbricarsi i fulmini a Giove favoleggiano i Poeti, Se mai di tale calamità dolente, e grama gemette la

die namque nonas Februarii anno MCLXIX. (a) sub primam lucem ita insulâ totâ vehementer terra movit, ut proximæ trans fretum regiones concussum, tremoremque &, ipsæ senserint. Catanæ, jam inde ab sua origine, omnique tempestate præclarissimæ, & tum maxime opibus florentis urbis, tecta omnia ad unum solo æquata; homines ad quindecim millia cum Episcopo, & quadraginta Monachis, qui in templum ad divinas concinendas laudes tum congregati erant, oppressi (b). Leantinum, Mutyca, compluraque ad Platiam usque oppida, pagique corruerunt, plerisque oppidanis extinctis. In finibus Ca-

la Sicilia, fu certamente in questo tempo, al quale si è la nostra narrazione inoltrata. Conciossiachè a' 4. di Febbrajo nel 1169. (a) sul far del giorno sì forte in tutta l'Isola si scosse la terra, che i propinqui luoghi di là dello stretto anch' essi lo sentimento, e il tremito sentirono. Di Catania, Città sin dalla sua origine, e in tutte l'età chiarissima, e che allora più che mai fioriva, furono le case tutte al suolo adeguate; e quindeci mila uomini col Vescovo, e quaranta Monaci, i quali si trovavano nella Chiesa a cantar le Divine laudi in quell' ora ragunati, dalle rovine oppressi (b). Lentini, e Modica, e insino a Piazza molte città, e terre, rovinarono, non pochi degli abitanti estin-

(a) Falcandus, cæterique hujus ætatis suppares scriptores assignant hunc terræ motum eodem anno, quo ante mensem Januarium ab Sicilia discessit Stephanus Perticensis, nempe anno MCLXIX, quamvis in mensem Februarium inciderit: unde colligi potest, tunc apud nostros, ut apud alias nationes, sumptum initium anni non a Kalendis Januarii, sed a mense Martio; quod etiam apud veteres Romanos erat anni exordium. Vide Cangii Gloss. verbo *Annus*.

(b) Tum, & per plura post sæcula Capitulum ecclesiæ Catanensis componebant Benedictinæ familiæ Monachi.

(a) *Falcando, e gli altri Scrittori di quel tempo assegnano questo tremuoto all'anno medesimo, in cui prima di Gennajo si dipartì di Sicilia Stefano Perticese, cioè all' anno 1169. benchè fosse in Febbrajo accaduto: onde si può dedurre, essersi allora appo i nostri, come presso l' altre nazioni, tolto il principio dell' anno non dalle calende di Gennajo, ma dal mese di Marzo. Cotesto ancora era presso gli antichi Romani il principio dell' anno. Vedi il Cangio nel Gloss. alla parola annus.*

(b) *Allora, e per più secoli dappoi i Monaci dell' ordine di San Benedetto componevano il capitolo della chiesa di Catania.*

Catanensium, & Syracusanorum permulta subversa Castella. Alicubi veteres desecere fontes, alibi novi erupere. Ætna, qua Tauròminium respicit, visa aliquantulum subsedisse. Syracusis Arethusæ fons, quem fama est ex Alphæo Elidis amne occultis subtus mare viis in Siciliam profluere, ex limpido, dulcique in turbulentum evasit; perturbatisque meatibus cum aqua marina commistus falsum saporem contraxit (*a*). Tavis, fons alter uberrimus, qui media fere insula ex radicibus montis ejusdem nominis emanat, caputque est fluminum Chrissæ, & Teriæ per duas horas aquas continuit; magno deinde erumpens impetu, veluti sanguine per horam fluxit (*b*). Messanæ mare ex tranquil-

estinti rimasi. Ne' confini de' Catanesi, e Siracusani molte Castella atterrate. Dove mancarono gli antichi fonti, dove ne scorgarono de' nuovi. L'Etna dalla banda, che guarda Taormina, parve essersi alquanto abbassato. In Siracusa il fonte d' Aretusa, che dicesi da Alfeo fiume d' Elide nella Morea per occulte vie sotto mare scorrere in Sicilia, di limpido, e dolce, torbido divenne; e sconvolti i meati misto coll'acque del mare salso sapore contrasse (a). *Tavi, altro fonte di larga vena, il quale nel centro quasi dell'Isola dalle radici del monte dell'istesso nome scaturisce, ed è origine de' fiumi Dittaino, e di San Leonardo, per lo spazio di due ore l'acque soppresse, e rattenne; di poi con grand'impeto sboccando per un'ora scorse tinto come di sangue* (b). *Il mar*

(*a*) Arethusa adhuc salsum saporem, quem in hoc terræ motu imbibit, servat. Olim fontem dulcis aquæ fuisse Tullii testimonio comprobatur, qui act. II. in Verrem hæc de Arethusa habet: *In hac insula extremo est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est incredibili magnitudine, plenissimus piscium.*

(*b*) Tavum fontem, Saracenis Siciliam possidentibus, sanguineos latices etiam emisisse illius ætatis monumentis pro- di-

(*a*) *L' acque d' Aretusa ancora serbano il sapor salso, che in quel terremuoto attrassero. Che lo fosse fonte d' acqua dolce una volta, si comprova dal testimonio di Tullio, il quale nell' azione II. contra Verre scrive così d' Aretusa.* In sull' estremità di quell' Isola havvi un fonte d'acqua dolce denominato Aretusa, abbondantissimo di pesci di smisurata grandezza.

(*b*) *Che il fonte Tavi, essendo la Sicilia sotto la signoria de' Saraceni, abbia eziandio tramandato sanguigne onde per*

quillo se primo contrahens recessit a litore, dehinc paulatim recurrens, sic intumuit, seque extulit, ut mœnia transgressum in urbem sese effuderit. A Guilelmo nihil prætermissum, neglectumque, quod in hujusmodi calamitate, sive ad populorum animos terrore dejectos sublevandos, recreandosque, sive ad resarcienda accepta damna, consequutaque præcavenda, ab optimo Principe desiderari poterat. Imperata cibaria in eversa convehenda loca, materiaque ad casas, tabernaculave excitanda. Mandatum, ut ex ruinis quam propere eruerentur, qui sub his vivi jacerent. Sumpta cura de sauciis, deque omnibus, qui membrorum vel fractionem, vel contusionem, vel aliud quidpiam detrimenti, vitiique ex casibus reportarant. Destinati cum imperio, copiisque, qui pu-

mar di Messina di tranquillo, ch' egli era, prima in se raccogliendosi si ritirò dal lido; indi a poco a poco ricorrendo ringorgò, e sollevossi tanto, che superate le mura dentro la Città si sparse. Non lasciò nulla Guglielmo in sì fatta calamità, che a sollevare, e a ricrear gli animi de' Popoli dallo spavento abbattuti, o a risarcire i passati danni, e a prevenire quelli, che seguir ne potevano, s' era potuto da un ottimo Principe desiderare. Fu ordinato di trasportarsi delle vettovaglie ne' luoghi distrutti, e legnami da fabbricare baracche, e alloggiamenti. Si diè incombenza, che prestissimamente si cavassero dalle ruine coloro, che vivi sotto quelle giacessero. Fu presa cura de' feriti, e di tutti coloro, che o rottura di membri, o contusione, o alcun' altro danno, o vizio avessero dalle rovine riportato. Furono destinati con piena autorità, e con

---

ditum est. Vide Fazellum dec. pr. lib. 10. unde conjicere licet, secundum hujus fontis meatus materiam aliquam sanguinei coloris consistere, quæ, ubi vel terræ motu, vel alia ex causa meatus perturbantur, aquas suo colore inficit.

per monumenti di quell' età è certo, e manifesto. Vedi il Fazello nella Dec. pri. lib. 10. donde si può congetturare, che lungo i meati di questo fonte si ascondi qualche materia di color sanguigno la quale, tosto che o per tremuoto, o per altra cagione questi meati si turbano, tigne l' acque del suo colore.

publicam in afflictis oppidis rem perturbatam restituerent; simulque ab cupiditate improborum hominum substantias, queis ruinæ pepercerant, dominis servarent. Provisum denique de fulciendo quod labaret, de reficiendo quod dehisceret, de instaurando quod esset dirutum.

Anno 1170

His cladibus, prodigiisque, quibus terræ motus Siciliam afflictaverat, perterrefeceratque, Divini Numinis admissa scelera ulturi nondum exaturatâ irâ, graviora portendi mala vulgo credebatur; tanta mortales futuri curiositas tenet, ut quasi ipsis præsentes ærumnæ ad angorem non sufficiant, vana futurorum divinatione sese ultro affligant, miserioresque reddant. Ii præ cæteris sibi mala ominabantur, qui Regni procurationem sibi assumpserant, eorumque fautores. Timebant enim, ne Stephanus Perticensis ope Constantinopolitani Imperatoris, qui legatos

con milizie persone, che nelle afflitte e desolate città il buon ordine ristabilissero; e insieme le sostanze, salve dalle ruine rimase, dalla cupidigia de' malvagi uomini a' padroni serbassero. Si diè finalmente provvedimento di sorreggere il vacillante, di acconciare il fesso, di rifabbricar il diroccato.

Per li danni, e prodigj, onde il tremuoto la Sicilia di afflizione e di terrore riempiuta avea, l'ira di Dio, che le commesse sceleraggini punir volea, non ancor sazia, di prenunziarsi altri più atroci mali communemente credevasi: tanta hanno gli uomini curiosità del futuro, che, quasi non sieno le presenti sciagure a tormentarli sufficienti, colla vana divinazione delle cose avvenire spontaneamente s'affliggono, e più miseri si rendono. Quei sovra gli altri si presagivano del male, i quali l'amministrazione del Regno arrogata si aveano, e i loro partigiani, perchè temeano, non ritornasse in Sicilia Ste-

fa-

tos ab ipso ad eam implorandam benigne, ut ferebatur, susceperat, speique impleverat, Sicilìam repeteret. Eis clam non erat, plerosque Regni Comites, ac proceres illum cupidissime expetere. Nec dubitabant, quin Robertus Lorotelli Comes, modo Reginæ favore proscriptione absolutus, atque in possessionem Lorotelli, & Conversani, ob discessum Comitis Gravinensis vacuam, restitutus, ad Reginæ sibi benemeritæ, Stephanique partes esset accessurus. Compertum item habebant Galliæ Regi, universæque Gallicæ genti adeo cordi esse Stephani in Siciliam reditum, ut si ad illum procurandum Ricardus Syracusanus Episcopus suam conferret operam, Thomas Cantuariensis, qui tum apud Gallos exulabat, ipsum singularem hoc nomine gratiam, ab Rege, & ab natione initurum, scripta epistola receperit. Dum igitur adversus ea, quæ accidere porerant, omni ope, & consilio sese præmuniebant, repente de morte Stephani certus perla-

fano Perticese coll' ajuto dell' Imperador di Costantinopoli, che i messaggi, da lui inviati ad implorarlo, avea, come dicevasi, benignamente accolti, e di buona speranza riempiuti. Sapevano molto lui essere da molti Conti, e Signori del Regno avidamente desiderato. Nè dubitavano, che Roberto Conte di Loretello, pur dianzi mercè della Reina dal bando assoluto, e rimesso nella possessione di Loretello, e di Conversano vacante per la partenza del Conte di Gravina, fosse per istringersi al partito di essa a se benemerita, e di Stefano. Ed era altresì loro conto caler tanto al Re di Francia, e a tutta la Francesca gente il ritorno di Stefano in Sicilia, che Tommaso di Cantuaria, il quale esighato stavasi presso i Francesi, assicurato avea per lettera, che se Ricardo Vescovo di Siracusa prestasse l'opera sua per farlo ritornare, si sarebbe singolar grazia presso il Re, e tutta la nazione, per questo conto procacciata. Mentre adunque con ogni sforzo, e consiglio in verso quelle cose, che potevano avvenire, premunivansi, all' improvviso fu verace novella del-

latus est rumor; qui Reginæ animum prorsus dejecit, partemque alteram in id potentiæ, & securitatis erexit, ut nihil sibi deinceps putaret difficultatis, aut periculi metuendum. Stephanus vitam cum morte commutavit morbo, ex ægritudine contracto, non multo post ejus in Syriam adventum, Hierosolymis in domo Amalarici Hierosolymitani Regis: atque honorifice elatus in Sancti sepulchri templo humatus fuit.

Anno 1171

Interea Petrus Blesensis, quem, quando Stephanus Sicilia decessit, febri implicitum superiore libro demonstravimus, jam convaluerat. Vix dum confirmata valetudine petiit a Rege, ut & ipsi veniam abeundi daret. At Rex, qui ejus virtutem, doctrinamque adamabat; ejusdemque operâ in conscribendis epistolis utiliter utebatur, tali homine se privatum iri ægre ferebat. Dat itaque negotium Salernitano, Syracusano-

della morte di Stefano recata; che abbattè totalmente, e oppresse l'animo della Reina, e levò l'altra parte a tal grado di potenza, e di sicurezza, che niuna difficoltà, o pericolo pensò doversi in appresso temere. Stefano non molto dopo, che in Soria pervenne, si morì di malore, da tristezza contratto, in Gerusalemme nella casa di Amalarigo Re Gerosolimitano; e fattegli onorevoli esequie fu nella chiesa del Santo Sepolcro seppellito.

Frattanto Pietro Blesese, il quale, quando Stefano si partì di Sicilia, essere da febbre preso, e travagliato nell' antecedente libro dimostro abbiamo, già si era in sanità rimesso. Appena sentissi rinfrancato di forze, che domandò al Re, che a se similmente licenza desse di partirsene. Ma il Re, che amava molto, e cara oltre modo avea la sua virtù, e dottrina, e dell' opera sua in iscriver lettere utilmente valevasi, di mal grado soffriva il doversi di un tal

no-

noque Pontificibus, ut Petrum ab hoc consilio omni opera dimoveant: sed frustra; namque is nihil pensi habens quodcumque magnifice ipsi Regis nomine offerebatur, omnino discedere voluit: tantum Siciliæ odium, tantusque horror ex casibus Stephani Perticensis, aliorumque ejus popularium eum ceperat. Rex igitur retinendi apud se Blesensem spe dejectus, pro sua in eum benevolentia, quum terrestre trans fretum iter satis tutum non esset, eidem quo vellet transvehendo Genuensium concessit navem, quam Siculi piratæ jure belli nuper ceperant, commeatu, cæterisque rebus ad commodam navigationem obeundam facientibus, instructam. Itaque exacto a Genuensibus jurejurando de servanda sibi fide (a), ac se, suisque, qui circiter quadraginta erant, ab omni injuria intactis præstandis se verno tempore in profectionem dedit. Usus est placido mari, sed ta-

(a) Notatu dignum hoc sacramentum, quod a nautis dabatur vectoribus.

uomo privare. Dà ordine pertanto all' Arcivescovo di Salerno, e al Vescovo di Stracusa di ritrarre a tutta possa Pietro da questo intendimento; ma indarno; imperocchè egli avendo in non curanza qualunque più splendida, e magnifica cosa, che in nome del Re gli veniva profferta, volle in ogni modo partirsi: tant'odio della Sicilia, e tant'orrore degli avvenimenti di Stefano Perticese, e degli altri di sua Nazione preso l' avea. Il Re adunque perduta la speranza di ritenere presso di se il Blesese, per la benevolenza, che gli portava, non essendo sicuro il viaggio per terra di là dallo stretto, per trasportarlo, ove più gli tornasse in grado, gli concedette una nave de' Genovesi, che i pirati Siciliani per diritto di guerra teste presa aveano, corredata, e fornita di vettovaglia, e di ogni altra cosa a comoda navigazione opportuna. Esatto pertanto da' Genovesi il giuramento di mantenergli fede (a), e di serbar lui, e i suoi, che erano nel torno di quaranta, illesi e salvi

(a) Degno è d' osservazione questo giuramento, che da' marinaj prestavasi a' passaggieri.

tacentibus ventis Genuam non attigit, nisi post mensem, liberaliter, & ab optimatibus Genuensibus, & ab iis maxime, qui ipsum, in quo honoris loco in aula Regis Siciliæ fuerat, viderant, tractatus. Mox transiit in Britanniam ab Henrico II. in suam receptus aulam, ibique Archidiaconus primum Bathoviensis, inde Canonicus Londinensis creatus, extremum diem obiit, nunquam, dum vita mansit, infenso in Siculos deposito animo. Extant ejus epistolæ hac bile aspersæ; in quibus, ut erat ingenii nullum nec in laudando, nec in vituperando modum tenentis, atque ad declamandum in utramque partem facti, nullam occasionem prætermittit carpendi Siciliam, Siculum nomen, Regemque ipsum Guilelmum, a quo & honoribus, & beneficiis cumulatus fuerat, huic tamen nihil aliud, quam pueritiam, quæ culpa non est, imo a culpa excusat, exprobrans. Verum enim vero quam inique erga Siculos se gesserit, ex eo satis liquet, quod casuum Ste-

vi da ogni danno, in tempo di primavera si mise in viaggio. Ebbe il mare tranquillo, ma per mancanza di vento non arrivò se non dopo un mese a Genova, gentilmente trattato e da' nobili Genovesi, e massime da coloro, i quali avean veduto, in quant'onore era nella corte del Re di Sicilia. Dipoi passò in Inghilterra, da Enrico II. nella sua corte ricevuto; e quivi prima Arcidiacono di Butonia, e poi Canonico di Londra creato, chiuse l' estremo giorno del viver suo, non mai, finchè visse, l'animo avverso a' Siciliani deponendo. Sussistono le sue lettere di questa collera asperse, nelle quali, com'era d' ingegno soperchievole, e smoderato sì nel lodare, che nel vituperare, e propio fatto per declamare in prò, e contra, non lasciò occasione alcuna di mordere la Sicilia, la gente Siciliana, e lo stesso Re Guglielmo, dal quale era stato di onori, e di beneficj ricolmo, non altro a lui però rimproverando che la puerizia, la quale non è colpa, anzi scusa da colpa. Ma quanto e' ingiustamente si sia diportato inverso i Siciliani, per ciò abbastanza è ma-

Stephani Perticensis, aliorumque Gallorum, unde ipse tantum in Siciliam iræ, odiique conceperat, machinatores, ministrique, ut superius narrata perpendenti perspicuum est, non Siculi, sed alienigenæ extiterunt; Siculique exteris eatenus se se in illis turbis conjunxere, quatenus ab eisdem decepti, ac circumventi se vitam, dignitatemque Regis tutari, Regiaque imperata exequi in animum induxerunt. Discessus Blesensis fraudi solum fuit majori Guilelmi eruditioni, qui grammaticem, & poeticem jam ab Ophamilio edoctus sub Blesensi scientias deliberare occœperat (a) ; si utique verum est, quod ipse Blesensis scriptum reliquit, adolescentem Regem, se digresso, libros de manibus posuisse. Nam, quod ad mores attinet, Guilelmus, utpote qui ingenium bonum, a natura erat sortitus, majore

manifesto, che de' casi di Stefano Perticese, e degli altri Francesi, per cui tant' odio contra la Sicilia conceputo avea, gli autori, e ministri, come chiaro apparisce a chiunque alle dianzi narrate cose ponga mente, non furono Siciliani, ma forestieri; e i Siciliani intanto agli stranieri in quelle turbolenze si unirono, in quanto che da' medesimi ingannati, e circonvenuti si credettero difendere la vita, e la dignità del Re, e mandare i comandamenti di lui ad effetto. La partenza del Blesese fu di scapito solamente alla maggiore erudizione di Guglielmo, il quale già nella grammatica, e nella poetica da Gualtieri ammaestrato, avea fatto il Blesese incominciato ad assaggiar le scienze (a); se egli è pur vero ciò, che lo stesso Blesese ne lasciò scritto, il giovanetto Re dopo la sua partenza avere posti dall' un de' can-

(a) Petrus Blesensis epist. 66, a qua hoc desumptum est, vocat lingua illius ætatis grammaticam *artem literatoriam*, & poeticam *artem versificatoriam*. Vide Gloss. Cangii Verbo *Literatoria*.

(a) *Pietro Blesese nella pistola 66., donde si è questo ricavato, chiama la grammatica col significato di quel secolo* arte letteraria, *e la poetica* arte versificatoria. *Vedasi il Cangio nel Gloss alla parola* Literatoria.

jore cultu, disciplinaque neutiquam indigebat.

canti i libri: imperocchè intorno a' costume, a Guglielmo, come a colui, che avea buon' indole dalla natura sortita, di maggior coltura, e disciplina mestieri non era.

Anno 1172.

Interea Rex in suam venerat tutelam, & per se gubernare incoeperat: proinde literis, diplomatibusque Regiis, quæ hactenus Guilelmi, & Margaritæ præferebant nomina, solum dehinc Guilelmi nomen fuit præscriptum. Remotâ ab filii tutelâ, Regnique procuratione Reginâ, tanta potestas Ophamillio accessit, ut non tam Regnum, quam Regem ipsum regere videretur. Alienati quoque ab aula fuere Archiepiscopus Salernitanus, & Comes Avellini, uterque Regis consanguineus: veroque simile est Henricum Montiscaveosi Comitem fuisse per hoc idem tempus tandem in Hispaniam remissum; quandoquidem nulla posthac fit de eo mentio. Quod Henricus Britanniæ Rex, dum rem Si-

Il Re intanto era di tutela uscito, e principiava da per se a governare. Per la qual cosa le lettere, e i diplomi Reali, che fin ora co' nomi di Guglielmo, e di Margarita erano intitolati, da indi innanzi quello solo di Guglielmo segnato in fronte portarono. Rimossa la Reina dalla tutela del figliuolo, e dall' amministrazione del Regno, tanto crebbe l' autorità, e il potere d' Offamiglio Arcivescovo di Palermo, che regger non tanto il Regno, quanto il Re medesimo pareza. Furono similmente dalla Corte allontanati l' Arcivescovo di Salerno, e il Conte Avellino, l' uno, e l' altro col Re di sangue congiunti; e verisimile cosa è, che Enrico Conte di Montescaglioso sia stato in fine rimandato in Ispagna; poichè dopo

Siculam Stephanus Perticensis administrabat, consequi non poterat, ut scilicet Rex noster suam adversus Thomam Cantuariensium Archiepiscopum causam Pontifici Maximo commendaret, obtinuit Ophamillii operâ, qui, quum Britannus esset, occasionem hanc de suo Principe benemerendi perquam alacri arripuit animo. Mittuntur igitur ad id legati ad Alexandrum Robertus Bassævillæ, Lorotellique Comes, & Ricardus Syracusanus Episcopus. Sed hanc legationem irritam sancti viri nex fecit. Oratores verò Communis Pisanorum pacem, ad quam retractandam per hos dies ad Guilelmum redierant, tandem impetrarunt. Eandem pariter advenere petitum Genuensium nuncii Bellamutus unus ex Consulibus, Rogero Castellus, & Amicus Grillus, sed non eodem eventu: nam cum iis nihil transactum. Fridericus Imperator operam & ipse dedit, aut dare simulavit, ut sese cum Pontifice Maximo reconciliaret; idcirco Episcopum Bambergensem in

dopo questo tempo niuna menzione di lui vien fatta: Ciocchè non avea potuto Enrico Re d' Inghilterra conseguire, mentrechè Stefano Perticese amministrava la Sicilia, vale a dire, che il nostro Re la causa di lui contra Tommaso Arcivescovo di Canterbury raccomandasse al Sommo Pontefice, l' ottenne per opera d'Offamiglio, il quale essendo Inglese questa occasione di accattarsi la grazia del suo Principe incontrò con prontissimo animo. A questo fine Ambasciadori ad Alessandro si mandano Roberto Conte di Bassavilla, e Lorotello, e Ricardo Vescovo di Siracusa: ma questa imbasciata fu dalla morte del santo Uomo renduta inutile. Gli Inviati però del Comune di Pisa, i quali circa questo tempo a Guglielmo per trattar di nuovo la pace tornati erano, finalmente la conseguirono. Giunsero altresì a domandarla gli Ambasciatori de' Genovesi Bellamuto uno de' Consoli, Rogerone Castello, e Amico Grillo, ma con esito diverso: imperocchè di nulla con esso loro si venne a capo. Federigo Imperadore anch' esso

in Italiam legat, dato tamen ei mandato, ut remotis arbitris, & extra Siciliensis Regni fines de concordia cum Alexandro ageret. Hic verò Verulis, quo Benevento processerat, Episcopo ad colloquium admisso, nihil cum Cardinalibus, ac fœderatis non communicavit; & fraudem hac in legatione subesse suspicatus, in sermonem legatum ingredi non est passus; sed id unum professus ad omnem honorem, amoremque Friderico exhibendum, modo ipse vicem Ecclesiæ matri suæ redderet, promptum esse, illum dimisit. Alexander aliquandiu Verulis moram traxit; inde Beneventum reversus, mox Tusculum progreditur. Romam se referre volenti Romani obstitere, ab eo offensi, quod Tusculi Comitem, ipsis inimicum, in suam fidem, gratiamque recepisset; proinde Beneventum repetens, ibique, & Signiæ temporis aliquid moratus, Anagniæ tandem constitit.

cercò, o di cercare infinse la riconciliazione sua col supremo Pontefice; ad esso perciò spedisce legato il Vescovo di Bamberga, affinchè col medesimo a solo a solo, e fuor de' confini del Regno di Sicilia la concordia trattasse. Alessandro però in Veroli, dove s' era da Benevento incamminato, ammesso a ragionamento il Vescovo, tutto comunicò co' Cardinali, e cogli alleati: e sospicando, non s' occultasse inganno in questa ambasceria, non permise, che entrato l'Ambasciadore fusse in trattato, ma dichiarandosi soltanto se essere pronto a dare tutte le riprove di rispetto, e di amore a Federigo, purchè egli del pari la Chiesa sua Madre trattasse, l' accommiatò. Il Sommo Pontefice soggiornò per qualche tempo in Veroli; indi fatto a Benevento ritorno, si approssima a Frascati. Volendo a Roma ricondursi gli si oppongono i Romani da lui offesi, perchè accordata la sua protezione, e grazia avea al Conte di Frascati loro nemico. Per la qual cosa tornato indietro a Beneven-

Opha- *to,*

to, e quivi, e in Segni fatta alquanta dimora, finalmente in Anagni fermossi.

Ophamillium curæ publicæ non tam distinebant, quin ad exornandam suam Ecclesiam animum converteret. Circa hoc tempus sub Guilelmi auspiciis princeps templum Panormi a fundamentis construendum locavit, idem, quod ad hunc existit diem, quodque non nisi quinque & decem post annos dedicatum fuit. In tam ingentis impensæ opus ferunt Archiepiscopum thesaurum, ab ipso ad Sancti Spiritus extra Urbis moenia inventum, contulisse. Fuit etiam Panormi excitatum a Matthæo Notario valetudinarium simul, & xenodochium, postea Sancti Joannis de Guilla dictum. Idem Matthæus nobile sacrarum Virginum collegium eadem in Urbe ædificavit, dotavitq; quod ab eo, utpote qui Cancellarii vice fungebatur, Cancellarii nomen sumpsit; quodque Rex multis cumulavit bonis. Ecclesia Cephalæditana, quam fundaverat Rex Rogerius, post fœdam toleratam tempestatem factus

Le cure pubbliche non occupavano tanto Offamiglio, ch' egli ad abbellire la sua Chiesa non rivolgesse l' animo. Intorno a questo tempo sotto i Reali auspicj di Guglielmo diede a fabbricare da' fondamenti la Cattedrale, quella medesima, che esiste al dì d' oggi; e che non fu se non dopo quindici anni consecrata. In un' opera tanto sontuosa dicesi l' Arcivescovo avere impiegato il tesoro, da esso lui presso la Chiesa di Santo Spirito fuor delle mura della Città rinvenuto. Fu anche allora in Palermo costrutto da Matteo Notaro lo spedale insieme, e l' albergo de' Pellegrini, detto di poi di San Giovanni della Guilla. Lo stesso Matteo nella medesima Città eresse, e dotò il nobile Monistero di sacre Vergini, il quale da lui, come quello, che le veci di Cancelliere faceva, il nome tolse di Cancelliere; e che il Re di molti beni ricolmò. La Chiesa di Cefalù, la quale il Re Ro-

ctus reus voti ibi condendi ædem Servatori, quò primum incolumis delatus fuisset, ante hac certam non habebat, legitimamque formam. Nunc primum fuit ei attributa, descriptaque ex Archiepiscopi Messanensis concessu, & auctoritate Pontificis Maximi, sua Diœcesis; primusque ex ejus designatis Episcopis Boso, cujus antea meminimus, fuit consecratus. Fuerat eadem Ecclesia donata Sanctæ Luciæ sacerdotio, Syracusis constituto, cum omnibus vicis & prædiis ad ipsum pertinentibus. His agros quosdam in Aguliæ pago sitos Guilelmus adjecit. Suæ beneficentiæ per hoc tempus compos quoque fecit Monasterium Sanctæ Mariæ de Latina, & Sancti Philippi Agyrinensis nomine nuncupatum, pagum Sanctæ Crucis ei largitus. Defuncto Gentili Episcopo Agrigentino, nihil aberat, quin in hunc Pontificatum, reclamante quamvis Canonicorum collegio, intrusus per vim esset Comitis Lorotelli frater, tanto munere prorsus indignus; ni Gualterius Pa-

Rogiero fondò per un voto fatto in una orribile tempesta di fabbricare una Chiesa al Salvatore, laddove salvo avesse prima pigliata terra, non avea fin allora certa, nè legittima forma. Ora per la prima volta le fu assegnata, e descritta per concessione dell'Arcivescovo di Messina, e autorità del Sommo Pontefice, la sua Diocesi; e Boso, che sopra rammentammo, fu il primo consecrato de' suoi eletti Vescovi. Era già stato alla medesima Chiesa dato il beneficio di Santa Lucia a Siracusa stabilito con tutti i villaggi, e le possessioni ad esso appartenenti. Guglielmo gli aggiunse alcuni campi situati nel contado d'Agulia. Rendette altresì partecipe di sua beneficenza in questo medesimo tempo il Monistero di Santa Maria di Latina, e di San Filippo d'Argirò, dono facendogli del villaggio di Santa Croce. Essendo morto Gentile Vescovo d'Agrigento, poco mancò, che intruso per forza non si fosse, contraddicente il Capitolo, in questa Vescovile Sede il fratello del Conte di Lorotello, di tanta carica per ogni modo im-

Panormitanus Archiepiscopus, a Petro Blesensi de rei indignitate per epistolam admonitus, intercessisset. Fuit ergo renuntiatus Episcopus Agrigentinus Bartholomæus Ophamillius, Gualterii germanus frater, ab eodem utpote ab suo Metropolitano consecratus, ejusdemque auctoritate in Regium Consilium, inque Regis familiarium numerum cooptatus. Ut Ecclesiæ Agrigentinæ gubernaculis fuit Bartholomæus admotus, Rex eandem Ecclesiam pagis aliquot adauxit. Ecclesia Catanensis fuit quoque per hæc tempora prædiis in agro Symbacara, viæ, quæ Paternionem fert, adjacentibus, cumulata dono Basilii, Michaelis classis Præfecti filius, ejusque uxoris Hedentiæ. Huic Ecclesiæ gubernandæ post Joannem Agellium, in terræmotu extinctum, suffectus fuit Robertus, & ipse pallio decoratus; & ab omni sacra, præterquam ab illa Pontificis Romani, potestate exemptus.

Jurisdictionem Siciliensium Episcoporum in profanos homines, pro certis cri-

immeritevole; se Gualtieri Arcivescovo di Palermo, avvisato per lettera da Pietro Blesese dell' indegnità della cosa, opposto non si fosse. Fu dunque eletto Vescovo di Agrigento Bartolommeo Offamiglio fratello di Gualtieri, che fu da costui, come da suo Metropolitano, consacrato, e coll' autorità del medesimo tra' Regj Consiglieri, e famigliari del Re annoverato. Subito che Bartolommeo prese il governo della Chiesa Agrigentina, il Re l'arricchì d' alcuni villaggi. La Chiesa di Catania fu altresì in questo medesimo tempo per dono di Basilio figliuolo dell' Ammiraglio Michele, e di Edenzia di lui Consorte, accresciuta di alcune tenute nella campagna di Simbacara lungo la via, che conduce a Paternò. Al governo di questa Chiesa dopo la morte di Giovanni Agellio nel tremuoto avvenuta fu sostituato Roberto anch' esso onorato del Pallio, e da ogni altra sacra potestà, fuorchè da quella del Romano Pontefice, esentato.

Che la giurisdizione de' Vescovi di Sicilia di gastigar in alcuni delitti i laici con

criminibus pœnis etiam corpus afficientibus mulcandos, æqualem esse Siculi Regni principiis, patet ex iis, quæ in causa Roberti Calatabojanensis intercessisse antea exposuimus. His in criminibus numerabatur adulterium. Nihilominus Quæsitores, aliique civiles Magistratus hujus delicti cognitione Episcopos impediebant; eamque sibi arrogabant. Quod ut Rex cum non parva animi sui molestia percepit, volens Ecclesiæ sua jura farta tecta servare, legem tulit, qua vetabatur, ne civiles Magistratus in adulterii quæstionem sese interponerent; sed integram sacro foro exercendam permitterent; ita ut, si adulterium per vim admitteretur, causa tantum violentiæ a Curia Regia judicaretur, adulterii vero a Curia Ecclesiastica (a). Huic querelæ Episcopi querelam adjunxere alteram, in eo po-

con pene anche corporali fosse contemporanea a' principj del Regno Siciliano, chiaramente apparisce dai fatti, che nella causa di Roberto Calatabojanese essere seguiti abbiamo di sopra esposto. Fra questi delitti annoveravasi l' adulterio. Nondimeno i Giustizieri, e gli altri Magistrati civili sturbavano i Vescovi, ed impedivanli dal prendere cognizione; e a se l' arrogavano. La qual cosa come il Re ebbe con suo rincrescimento saputa, volendo conservare alla Chiesa intatti, e saldi i suoi diritti, fece una legge, per la quale ordinavasi a' Magistrati civili di non s' intromettere in giudizio d' adulterio, ma di lasciarne intero l' esercizio al foro Ecclesiastico, talmentechè, se commesso si fosse per forza, la causa solamente della violenza dalla Curia del Re, la causa però dell' adulterio dalla Curia Ecclesiastica si giudicasse (a). I Vescovi a questa aggiunsero un' altra querela sull'

(a) Idem constituitur lege lata sub Constantia Regno, quam refert Ughellius. Vide Auctorem Historiæ Civilis Regni Neapolis lib. 13. cap. 2. pag. 294.

(a) *Lo stesso si stabilisce dalla legge fatta sotto il Regno di Costanza, che riporta Ughellio. Vedi l' Autore della Storia civile del Regno di Napoli nel lib. 13. cap. 2. pag. 294.*

positam, quod iidem Magistratus in Clericorum personas inquirerent, eosdemque carceri mandarent. Proinde Rex, ut una lege juribus consuleret Ecclesiæ, superiori legis capiti caput alterum attexuit, quo sanciebatur sacras personas ab Ecclesia, & in Ecclesiastico Tribunali secundum canones esse judicandas, excepto perduellionis crimine, aliove magno hujuscemodi maleficio, quod ad Regiam pertineret Majestatem (a). Hæc lex

sull' aggravio fondata, che i Magistrati medesimi facevano alle persone de' Cherici, inquirendo contro di loro, e mettendoli in prigione. Laonde il Re, affin di provvedere con una sola legge a' diritti della Chiesa, al precedente capo un altro aggiunse, per cui prescrivevasi, che le persone sacre dalla Chiesa, e nel tribunale Ecclesiastico giudicar si dovessero, toltone il delitto di ribellione, od altro somigliante grave misfatto, che al Re appartenesse (a). *Questa legge fu fatta per tutte le Chiese. Ma*

(a) Hæc ejusdem legis capita in collectione constitutionum Regni dispartita fuere, sub diversis titulis posita, nempe primum caput sub titulo *de adulteriis coercendis*, *alias de privilegiis Ecclesiarum*, & secundum sub titulo *ubi Clericus in maleficiis debeat conveniri*, non sine sinceræ legis perturbatione; namque eo incommodo, quod in Justinianea legum Romanarum collectione propter responsa prudentum, Imperatorumque placita in partes discerpta, distractaque conqueruntur cultiores Jureconsulti, videtur non carere Fridericiana Siculorum legum collectio. Juvat igitur integram legem hic transcribere, ut ejus sententia, ejusdemque capitum necessaria connexio elucescat. *Majestati nostræ*, sunt verba legis, *querimoniam Prælatorum quorumdam patefecit: quod Ecclesiis suis a Justitiariis, Camerariis, & Bajulis Regni nostri persolvantur, & minuuntur jura sua, videlicet de adulteriis, quæ non permittunt judicari, & corrigi in Curia Ecclesiæ, sicut debet, & de personis clericorum, quæ ab eis, ut Laici judicantur, & incarcerantur, quod, si verum est, nobis displicet, & gra*

(a) Sono stati questi capitoli della stessa legge partiti nella raccolta delle costituzioni del Regno, e posti sotto diversi titoli, vale a dire il primo capitolo sotto il titolo de adulteriis coercendis, *altramente* de privilegiis Ecclesiarum, *e il secondo sotto titolo* ubi Clericus in maleficiis debeat conveniri, *non senza incerta del sentimento della Legge; imperocchè di quell' incomodo, di cui i più colti Giureconsulti querelansi nella raccolta delle Leggi Romane di Giustiniano per le risposte de' Savj, e per li decreti degl' Imperadori smembrati, e divisi, pure non ne lavora punto quella di Federico delle leggi Siciliane. Ci piace dunque qui trascrivere l'intera legge, acciocchè il suo senso, e la necessaria connessione de' suoi capitoli comparisca.* Alla nostra Maestà, *sun queste le parole della legge*, alcuni Vescovi lamentandosi hanno manifestato, che alle Chiese loro dai Giustizieri, Camerlinghi, e Balivi del nostro Regno vien tolto, o scemato il loro diritto, cioè intorno agli adulterj, che non permettono di giudicarsi, e punirsi nel foro Ecclesiastico, come è dovere, e intorno alle persone de' Cherici, contra le qua-

lex scita fuit pro omnibus Ecclesiis. At pro Ecclesia Panormitana, quod in ea Majestatis Regiæ solium resideret (a), specialis hono-

ris

Ma per la Chiesa di Palermo, perchè in essa il soglio della Real Maestà risedeva (a), per ispeciale onore con ispecial diploma fu dato lo

stes-

---

coerceatur. Non enim decet, neque volumus, ut ea, quæ ab Ecclesia judicari, & coerceri debent, ab aliis præveniantur, & judicentur, aut corrigantur. Quare mandamus, & præcipimus firmiter, ut nomodo de adulteriis judicandis Justitiarii, Camerarii, & Bajuli non se intromittant. Sed & si quis de parochia alicujus Ecclesiæ de adulterio accusatus, vel deprehensus fuerit, ad judicium ipsius Ecclesiæ, in qua ipsi adulteria judicari debent, consistat, & a Curia ipsius Ecclesiæ judicetur & corrigatur, excepto si per violentiam adulterium committatur: quod si acciderit, judicetur ab Ecclesia de adulterio, quod spectat ad judicium Ecclesiæ, & hoc, quod spectat ad judicium sæculare, videlicet de insultu, & violentia, in nostra Curia judicetur. Præterea mandamus omnibus nostris Officialibus, ut de adulteriis coercendis omnibus Prælatis, quibus opus fuerit, auxilium tribuant. De personis autem Clericorum totius Regni nostri volumus, & jubemus; quod si de aliquo forisfacto, de quo persona judicari, vel condemnari debeat, appellatum fuerit, non a nobis, vel a Curia nostra, sed ab Ecclesia, & in Curia Ecclesiæ de eo, quod ad personam suam pertinet, judicetur, & secundum Canones, & jus Ecclesiasticum condemnetur, excepto si de proditione aliquis fuerit appellatus, vel de alio magno hujusmodi maleficio, quod spectat ad Majestatem nostram; volumus, & præcipimus, ut de hoc, quod spectat ad Curiam nostram, in nostra Curia judicetur.

(a) Sunt verba ejusdem diplomatis, quæ ita se habent: *Etsi universæ Regni nostri Ecclesiæ in judicandis Clericis, & adulteriis coercendis privilegia gau-*

deant

li da loro, come se secolari fossero, di procedere al giudizio, e alla pretura: la quale cosa, se vera fosse, grave ci sembra, e ci dispiace, imperocchè non è dicevole, nè noi vogliamo, che quei delitti, quali dalla Chiesa giudicare, e reprimere si debbono, vengano da altri puniti, e giudicati, o corretti; laonde comandiamo, ed ordiniamo fermamente, che d'ora innanzi i Giustizieri, Camerlinghi, e Baglivi non s'ingeriscano a giudicare degli adulterj; ma se alcuno della Diocesi di qualche Chiesa sarà stato accusato, o colto in adulterio, sia soggetto al Tribunale della Chiesa medesima, nel quale gli adulterj debbonsi giudicare, e dalla Curia della stessa Chiesa venga giudicato, fuorchè per violenza si commetta l'adulterio, il che se sarà succeduto, si faccia il giudizio dell'adulterio dalla Chiesa, come ad essa appartenente, e di ciò, che spetta al giudizio secolare, si giudichi, cioè dell'insulto, e della violenza, dalla nostra Curia. Inoltre comandiamo a tutti i nostri Officiali, che trattandosi di punire adulterj diano il braccio a tutti i Prelati, a' quali sarà di mestieri. Intorno poi alle persone de' Cherici di tutto il nostro Regno vogliamo, e comandiamo, che se di alcun delitto, di cui si debba giudicare, o condannare la persona, sarà proposto richiamo non da noi, o dalla Curia nostra, ma dalla Chiesa, e nella Curia Ecclesiastica in ciò, che riguarda la persona, si giudichi, e secondo i Canoni, e il diritto Ecclesiastico si condanni, tolto che siasi fatta accusa di tradimento, o di altra scelleratezza sì fatta, che spetti alla Maestà nostra; allora vogliamo, e comandiamo, che di ciò, che alla Curia nostra si appartiene, dalla nostra Curia si giudichi.

(a) *Sono le parole dello stesso diploma di questo tenore:* Sebbene le Chiese tutte del nostro Regno nel giudicare i Cherici, e punire gli adulterj, godano un

privi-

ris causa fuit idem speciali diplomate cautum, additumque Clericos, qui a Magistratu municipali pro hæreditate, aliave re, quam ab Ecclesia non haberent, in jus vocati fuerint, debere utique se judicio sistere; sed ne in his quidem actionibus civilium judicum imperio in vincula rapi posse (a). Sed

stesso provvedimento, e fuvvi aggiunto, che i Cherici, i quali dal Magistrato municipale per eredità, od altro titolo, che dalla Chiesa non possedessero, stati fossero chiamati in giudicio, dovessero in giudicio comparire, ma neppure in coteste azioni per ordine de' Giudici civili mettere in prigione si potessero (a). Ma

dem principali, ventrab. sanctæ Panormitanæ Ecclesiæ, illud tanto clementius duximus indulgendum, quanto & in Urbe Regia fundata dignoscitur, in qua thronus, & solium nostræ residet Majestatis &c.

(a) Hoc diploma legi potest in collectione Privilegiorum Urbis Panormi pag 7. vel in collectione Privilegiorum Ecclesiæ Panormitanæ. In eo continetur integra Guilelmi lex, quæ in constitutionibus Regni in diversis titulis divisa est. Documentum hoc si ob oculos habuisset auctor Istoriæ legum Regni Neapolis, non discessisset a communi Eruditorum sententia, sustinendo solam constitutionem: *Ut Clericus in malefacio convictus debeat*, esse Guilelmi Secundi, illam vero de adulteriis esse Rogerii; quasi hæ essent duæ diversæ leges, & non ejusdem legis diversa capita. Quo error eundem auctorem in illam hujus legis tam perversam interpretationem traxit, quam videre est in citato ejus opere tom. 1 lib. 5. pag. 463.

Hoc diploma, quod est membranceum, habet in calce signum ceræ rubræ in theca lignea inclusum; quod exhibet adolescentis Principis imaginem sedentis, Regia Corona redimiti, hastam dextera, læva orbem, cui imposita est crux, tenentis. Vide illud apud Mongitorem in ejus collect. privileg. Panorm. Eccl. pag 47.

principal privilegio, quello condimeno alla venerabile Chiesa di Palermo tanto più clementemente riputiamo doversi concedere, quantochè si ravvisa fondata nella Real Città, nella quale risiede il trono, e il soglio di nostra Maestà.

(a) *Questo diploma si può leggere nella raccolta de' privilegj della Città di Palermo alla pag. 7, o in quella de' privilegj della Chiesa Palermitana. In esso si contiene intera la legge di Guglielmo, che nelle costituzioni del Regno è divisa sotto diversi titoli. Se questo documento avuto avesse dinanzi agli occhi l' autor dell' Istoria delle leggi del Regno di Napoli, non sarebbesi dipartito dal comun sentimento degli Eruditi sostenendo la sola costituzione, dove il Cherico ne' misfatti chiamar si debba in giudizio, esser di Guglielmo II., quella però di punir gli adulteri, essere di Ruggero; quasi che queste fossero due diverse leggi, e non della stessa legge diversi capitoli. Il quale errore trasse il medesimo autore in quella sì storta interpretazione di questa legge, che veder si può nella citata di lui opera tom. 1. lib. 5. pag. 463.*

Questo diploma, il quale è in pergamena, ha in piede il suggello di cera rossa racchiuso in una scatola di legno, che rappresenta l' immagine del giovanetto Principe sedente con Real Corona in capo, con un' asta nella destra e con un globo, cui è soprapposta la croce, nella manca. Vedasi presso il Mongitore nella citata raccolta de' privilegj della Chiesa di Palermo nella pag. 47.

Anno
1173.

Sed jam Regis ætas connubio erat matura. Ejus affinitatem exquisivere primores Orbis Principes. Supra diximus actum de ei in matrimonium tradenda cum dote imperii Manuelis Comneni filia, remque in medio relictam. Harum nuptiarum spem adeo Cæsar aluerat, ut iis statuendis Bartholomæum Ophamillium, cujus paulo ante mentionem fecimus, aliosque legatos Guilelmus Constantinopolim miserit; quibus Comnenus jurejurando spopondit gnatam Regi ad certum tempus & locum in sponsam transmissurum; pariterque Guilelmus sacramento promisit se eam in conjugem recepturum. Rex promissis stans cum Henrico fratre, Campanorum Principe, Gualterio Panormitano Antistite, ac Matthæo Notario, præstituto tempore Tarentum, quo sponsam descensuram condictum erat, sese contulit; ibique, quum ad præfinitum

Ma già l' età del Re era al maritaggio matura. Il suo parentado ansiosamente ricercarono i principali Sovrani del mondo. Dianzi per noi si è detto essersi trattato di dargli in moglie colla dote dell' impero la figliuola di Manuele Comneno, e il trattato essere rimaso sospeso. Cesare avea la speranza di queste nozze cotanto nodrita, e fomentata, che a stabilirle Guglielmo mandò a Costantinopoli Bartolommeo Offamiglio, di cui sopra si è fatta menzione, ed altri Ambasciadori; a' quali Comneno promise con giuramento sopra la sua fede, che avrebbe mandata al Re la figliuola in isposa a luogo, e tempo assegnato; e vicendevolmente Guglielmo diè ancora giurata parola di averla a ricevere per consorte. Mantenendo il Re la promessa nel tempo prefisso si recò col Principe di Capua Enrico suo fratello, e con Gualtieri Arcivescovo di Palermo, e Matteo Notaro a Taranto, dove erasi convenuto di dovere sbar-

tum diem nequicquam eam expectasset, casu aliquo in via retardatam ratus, religionis ergo interim in Garganum montem ad sanctum Angelum colendum divertit, & inde Barolum, ubi aliquandiu moratus, factus certior Commenum pro sui ingenii, Græcæque fidei levitate voluntatem ipsi filiam in matrimonium collocandi, quaex causa obscurum, mutasse (a), in Regiam regressurus, quum in Beneventorum fines processisset, fratrem suum, quem in itinere gravis corripuerat morbus, Salernum dimisit, inde Panormum, ut nativi aeris beneficio convalesceret, primo quoque tempore transvehendum. Quod Guilelmi

sbarcare la sposa: ed avendola quivi sino al giorno stabilito indarno aspettata, sulla credenza di essere stata per qualche accidente ritardata nel viaggio, volle frattanto per divozione a monte Gargano il cammino a venerare il Sant' Angelo, e di poi a Barletta, dove essendosi dopo la dimora di alquanti di fatto certo di avere il Conneno per la leggerezza di suo costume, e della greca fede, mutata, non si sa per quale cagione, la volontà di collocar con esso la sua figliuola (a), essendosi di ritorno alla Reggia avanzato nel Beneventano, mandò a Salerno il suo fratello, il quale s' era per via gravemente infermato, affinchè di là ritornasse a Palermo al primo buon tempo per la sua sanità col

(a) Pirrus in Chronologia Regum Siciliæ scribit fecisse pro Guilelmum, quominus filia Græci Imperatoris ei nuberet, quod ab ..... eum gente, quæ a gremio Ecclesiæ erat sejuncta, conjungere religioni habuisset. Quod non modo nullo nititur auctore, sed est contra id, quod a Scriptoribus ejus ævi, & præcipue ab Romualdo Salernitano in suis Chronicis ad annum 1172. traditum habemus; qui putat Comneno bellum adversus Turcas infeliciter cessisse in pœnam fracti sacramenti de collocanda filia Guilelmo.

(a) Il Pirro nella Cronologia de' Re di Sicilia scrive, che per Guglielmo stette, ch' egli non isposasse la figliuola del Greco Imperatore, perchè l' apparentarsi con gente separata dal grembo della Chiesa a scrupolo recavasi. Il che non solamente non s' appoggia sul detto d' alcun Autore; ma s'oppone a ciò, che n' hanno riferito gli Scrittori di quella stagione, e specialmente Romualdo di Salerno nella sua Cronaca all' anno 1172., il quale crede essere al Comneno la guerra contra i Turchi infelicemente riuscita in pena del giuramento violato di collocar la figliuola in maritaggio con Guglielmo.

mi consilium frustra fuit; nam Henricus, ingravescente in dies malo, natus annos tres & decem, & dum prope erat, ut de ejus nuptiis cum filia Regis Scotorum transigeretur, brevi Salerni vitam finivit ad XIV. Calendas Julias; ac cum eo finem habuit Capuæ principatus, postquam annos steterat centum & quatuordecim. Corpus Principis Panormum relatum, sepelitur ad Divæ Mariæ Magdalenæ juxta sepulchrum Regis Rogerii ejus avi. Interim Rex iter suum insistens, postquam Capuæ aliquot constitisset dies, in proxima ora ad XVII. Calendas Julii prætoriam ascendens navem, eisdem Panormitano Pontifice, & Matthæo Notario prosequentibus, Panormum cum classe rediit; ubi fratris excessum cognovit, vehementerque doluit, luxitque. Quum spes conjugii Guilelmi cum Imperatoris Orientis filia in irritum cecidisset, Christianus Maguntinorum Antistes, qui in Italia res Friderici Occidentis Imperatoris procurabat, ejusque præ-

col beneficio dell' aere natio racquistare. Il quale divisamento di Guglielmo andò a voto; imperocchè Enrico di giorno in giorno andando di male in peggio, in età di tredici anni, e mentre poco mancava a conchiudersi le sue nozze colla figliuola del Re di Scozia, in breve finì di vivere in Salerno addì 19. di Giugno, e con esso lui terminò il Principato di Capua, dopochè per cento, e quattordici anni s' era mantenuto. Il corpo del Principe trasportato a Palermo si seppellisce nella Chiesa di Santa Maria Maddalena presso il sepolcro del Re Rogero suo avolo. Frattanto il Re continuando il suo cammino dopo essersi soffermato alquanti giorni in Capua, nella propinqua spiaggia addì 16. di Giugno salito sulla Capitana col medesimo accompagnamento dell' Arcivescovo di Palermo, e di Matteo Notaro, sen ritorna colla flotta a Palermo, dove seppe la morte del fratello, e forte sene dolse, e pianse. Essendo la speranza delle nozze di Guglielmo colla figlia dell' Imperadore d'Oriente venuta meno, Cristiano Arcivescovo

di

præerat copiis, ejusdem mandato internuncios ad Guilelmum misit, qui ei Cæsaris filiam in matrimonium, simulque pacem offerrent. Sed Rex hasce nuptias, hancque pacem, ne Pontificem Maximum offenderet, fœdusque cum eo percussum violaret, recusavit, respondens seorsum a suis fœderatis non posse quicquam transigere. Intellexit enim eo Friderici consilium spectare, ut, ipso a sociis in præsentia divulso, & ipsum, & cæteros mutua destitutos ope singillatim facilius suo quoque tempore opprimeret. Quod Guilelmus ejus affinitatem repudiasset, graviter admodum Fridericus tulit; nec de his nuptiis, quoniam augusta puella paullo post è vita decessit, deinde actum est.

Simultas Henricum II, Britanniæ Regem inter, & ejus filium, & cognominem orta ex eo, quod Pater filio, qui uxorem gnatam Regis Galliæ dudum duxerat, aliquam concedere

di Magonza, che in Italia agli affari, e all'armata di Federigo Imperador d' Occidente presedeva, per ordine di lui mandò messaggi a Guglielmo, i quali la figliuola di Cesare in matrimonio, e insiememente la pace gli offerissero. Ma il Re queste nozze, e questa pace per non offendere il Sommo Pontefice, nè rompere l' alleanza con esso lui fatta, ricusò, rispondendo di non potere separatamente da' suoi alleati venire a patto alcuno. Imperocchè ben conobbe, non ad altro mirare il disegno di Federigo, se non se a ciò, che, disgiunto esso presentemente da' collegati, ed esso, e gli altri sceuri dello scambievole soccorso ad uno ad uno più agevolmente a suo tempo opprimesse. Seppe molto male a Federigo, che Guglielmo rifiutate avesse le nozze della figliuola; nè più se ne trattò in appresso, poichè ella poco dopo sene morì.

La nimistà nata fra Enrico II. Re d' Inghilterra, e il suo figliuolo dello stesso nome, perciocchè il Padre al figlio, il quale poc' anzi avea sposata la figliuola del Re di Francia a moglie, negato avea di con-

re recusasset vel in Britannia, vel in Normannia, in qua resideret, urbem, in apertum excesserat, acerbumque bellum. Guilelmus pro necessitudine, quam cum Henrico habebat, dat ei literas, quibus nati impietatem improbans, sperans que hunc ad officium rediturum, Henricum consolatur, excusatque locorum distantiam, si minus ei ad filii furorem reprimendum opem suam offerat.

Arcem, sive Regale palatium in extrema positum urbis Panormi parte, quæ ad occidentem solem vergit, excitarant Saraceni super veteris arcis ruinas. Illud novis propugnaculis, turrique lateritia, *rubra* nuncupata, munitius, laxiusque reddiderant Robertus, & Comes Rogerius. Rogerius Rex adjunxerat in meridionali plaga turrim, Græcam appellatam, in aquilonari turrim, Pisanam dictam (a): idemque ædifica-

concedere alcuna città, o in Brettagna, o in Normandia, dove risedesse, era riuscita in aperta, e fiera guerra. Guglielmo per l'amicizia, che stringevalo con Enrico, gli scrive lettera, colla quale biasimando l'empietà del figliuolo, e sperando, che quegli sarebbe ritornato al dovere, lo racconsola, e la lontananza ne incolpa, se non gli presta l'opera sua a raffrenar il furore di lui.

Sulle ruine dell' antica fortezza aveano i Saracini fabbricato il castello, o sia il Real Palagio posto nell' estrema parte volta all' Occidente della Città di Palermo. Roberto, e il Conte Rogero con nuovi bastioni, e torre di mattoni, detta rossa, l'aveano e più forte, e più spazioso renduto. Dal Re Rogero gli era stata aggiunta a mezzo dì la torre, Greca nomata, e a tramontana la torre, detta Pisana (a), ed innalzata la parte di mezzo, cui fu imposto il nome

(a) Hæ turres, si conjicere licet, forsitan dictæ fuerint *Græca*, & *Pisana*, ob diversam earundem structuram, propterea quod ad unam una Græ- co-

(a) *Queste torri, se a congetturare si da luogo, furono per avventura dette Greca, e Pisana, per la diversa loro struttura, perciocchè l'una fabbricate l'una alla usanza,* dei

carat partem mediam, cui *Joariæ*, sive *Giojariæ* nomen hinc inditum, quod intus auro, gemmisque præfulgeret. Ita constructum, ornatumque Regium Palatium a suis majoribus Gulielmus Primus acceperat. Ipse eam inchoavit partem, quæ *Tyrimbris* dicta fuit (a), cæteras artificio, & pulchritudine partes superantem. Hanc Patris obitu interruptam, eadem, qua inchoata erat, magnificentia Gulielmus noster perfecit.

Inter hæc Fridericus Occi-

me di Joaria, *o sia di* Giojaria, *perchè al di dentro d'oro, e di gemme oltremodo risplendeva. In un tale stato avea Guglielmo I. ricevuto il Real Palagio da' suoi antenati. Egli avea quella parte principiata, che fu detta* Tirimbri (a); *e che l' altre in artificio, e bellezza superava. Questa dalla morte del Padre interrotta colla stessa magnificenza, con che era incominciata, a finimento condusse il nostro Guglielmo.*

In questo mentre Federigo Im-

corum, vel ab opificibus Græcis, altera in Pisanorum modum, vel a Pisanis fabris, quibus cum gentibus magnus erat nostratibus usus, constructæ erant. Inveges in annalibus part. 3. ad ann. 1172. pag. 423. conjectat, Pisanam turrim sic denominatam in memoriam pacis cum Pisanis initæ. At talis pax neque tanti momenti, neque rationis satis idoneæ fuisse videtur, ut parti Regiarum ædium nomen ab ea imponeretur.

(a) Videtur esse vox Arabica, idem valens ac opus inceptum absolutum; quod maxime ad rem quadrat. Opus enim, quod Pater inchoavit, Gulielmus filius absolvit. Aretius de situ Siciliæ pro *Tyrimbris* scribit *Chyrimbris*; quæ scriptura neque ab re aliena. *Cyrimbris* namque est Arabicum pariter vocabulum, significans splendidam arcem. Regiumque Panormitanum Palatium, ut dictum est, instar arcis erat; suaque exordia a Saracenis habuit, qui Arabicè loquebantur, quique innumeras Arabicas voces maxime locorum nobis reliquerunt.

de' Greci, e da' Greci artefici, e l'altra alla foggia de' Pisani, o da' Pisani operai; colle quali nazioni i nostri molto familiarmente usavano. L' Inveges negli annali par. 3. all' anno 1172. a pag. 423. congettura, che la torre Pisana fosse stata chiamata in memoria della pace fatta co' Pisani. Ma tal pace, che non tal pace sia stata di tutto momento, da ragione bastante per dare il suo nome ad una parte del Regio Palazzo.

(a) *Pare una voce Araba, la quale suona lo stesso, che lavoro pria incominciato, e poi compito; il che molto quadra al fatto. Imperocchè l'opera, cui die principio il Padre, perfezionò il figliuolo Guglielmo. Areteo del sito della Sicilia invece di* Tirimbri *scrive* Chirimbri, *vocabolo parimente Arabo, che significa splendido castello. Arabe questa interpretazione non è fuor di proposito. Il Real Palagio di Palermo appunto, come si è detto, era in guisa di castello, ed ebbe da' Saraceni il suo principio, i quali in lingua Arabica parlavano, e innumerevoli voci Arabe de' luoghi massimamente a noi lasciarono.*

cidentis Imperator legatos ad Pontificem Maximum, adhuc Anagniæ degentem, rogatum misit, ut aliquot Cardinales Ticinum delegaret, qui colloquio de pace cum Ecclesia, cumque Siciliæ Rege, atque Italis civitatibus, cum Ecclesia fœdere junctis, componenda interessent. Alexander ad id colloquium Ubaldum Ostiensem, & Bernardum Portuensem, Episcopos, & Guilelmum Papiensem, Divi Petri ad Vincula Cardinales destinavit; sed nullo successu; nam, quum pacis conditiones non convenissent, ad bellum reditum est.

Bellum itidem Veneti contra Manuelem Comnenum Orientis Imperatorem susceperant. His Guilelmus, Comneni perfidia offensus, in hujus se se belli societatem adjunxerat. At quum, vix captis armis, de pace a Venetis agi cognovisset, classem, quam adversus Græcos armatam ad anchoras habebat, in auxilium Christianorum Syriæ, Regnique Hie-

Imperador d' Occidente spedì al Sommo Pontefice, dimorante ancora in Anagni, Ambasciadori a chiedergli, che mandasse a Pavia alcuni Cardinali, i quali al congresso intervenissero per concordare la pace colla Chiesa, e col Re di Sicilia, e l' Italiche città colla Chiesa confederate. Alessandro destinò a questo congresso Ubaldo d' Ostia, e Bernardo di Porto, Vescovi, e Guglielmo di Pavia, di San Pietro in Vincoli Cardinali; ma indarno: imperocchè, non essendosi potuto venire ad accordo intorno alle condizioni della pace, si ripigliò la guerra.

Guerra altresì aveano contra Manuele Comneno Imperador d' Oriente intrapresa i Veneziani. Guglielmo, dalla dislealtà del Comneno offeso, erasi in cotal guerra con essi collegato. Ma risaputo avendo, questa appena mossa, essersi in trattati di pace da' Veneziani entrato, stimò, che fosse proprio della sua religione il rivolgere in ajuto de' Cristiani di Soria, e del Regno di Gerusalemme la flotta, che contra i Greci ap-

Hierofolymitani, convertere fuæ fore religionis duxit. Immaturam mortem objecerat Amalericus Hierofolymitanus Rex, relicto hærede Balduino pupillo. Infirma Balduini ætas Saladinum, qui tum Ægypto imperitabat, in fpem Regnum Hierofolymitanum occupandi excitarat; & jam majorem ejus partem in fuam redegerat ditionem; Antiochiamque acri cingebat obfidione; quum urbi huic opitulatum opportune Sicula classis fupervenit, a Guilelmo miffa fub ductu Margariti, five Margaritoni de Brundifio dicti, Melitæ Comitis, Siculi, qui peritia rei maritimæ adeo excellebat, ut Neptunus, Rexque maris appellaretur, milite, commeatu, omnique bellico inftrumento referta. Hæc Tyrum appulfa, expofitifque in terram copiis, tantum animi Antiochenis fecit; tantifque opis, ac momenti fuit, ut Saladinus obfidione deftiterit; Chriftianique confervationem Antiochiæ, Tripolifque huic inopinato ab Sicilia fubfidio acceptam re-

apparecchiata teneva sull' ancore. Era ftato da immatura morte tolto dal mondo Amalerigo Re di Gerufalemme, avendo lafciato del Regno erede Balduino fuo figliuolo pupillo. La tenera età di Balduino avea eccitata in cuor di Saladino, che allora comandava all' Egitto, la fperanza di poter occupare il Regno di Gerufalemme; e ne avea già la maggior parte in fua podeftà ridotta; e di forte affedio cingeva Antiochia; quando in foccorfo di effa fopravvenne la flotta Siciliana di cinquanta galee fotto la condotta di Margarito, o fia Margaritone di Brindifi, Conte di Malta, Siciliano, il quale nella perizia delle cofe marittime tanto eccellente era, che Nettuno, e Re del mare denominavafi, di truppe, di provvifioni, e di ogni altro militare arredo fornita. Questa approdata a Tiro, e pofta la foldatefca a terra, talmente inanimì gli Antiocheni; e fu loro di tanto ajuto, e pefo, che Saladino abbandonò l' affedio; e i Criftiani riconobbero la confervazione d' Antiochia, e

retulerint. Nec eo Guilelmus contentus, ut Saladinum a devexandis in Syria Christianis distraheret, insequente anno classem ad ducentas circiter naves auctam ad Ægypti oras infestas habendas dirigere cursum jussit. Gualterius itaque Moacensis, qui imperator ad hanc expeditionem destinatus fuit, a Sicilia solvens, lecto proximæ Africæ litore, propter Alexandriam, unam olim ex principibus orbis terrarum urbibus, tum nihil antiquæ retinentem amplitudinis, copias e navibus eduxit; statimque urbem petiit, sperans eam improviso aggrediendo, quod non satis custoditam existimabat, nullo negotio capere posse. At spe hacce falsus, firmo enim præsidio munitam offendit, illam obsidere, atque oppugnare armis instituit. In qua oppugnatione quum multos ex suis amisisset, invaluissetque fama Saladinum ipsum cum prævalido exercitu obsessis subsidio magnis itineribus adventare, copias suas, quæ ad tantam

di Tripoli da questo inaspettato soccorso di Sicilia venuto. Nè di ciò pago Guglielmo, affin di divertire il Saladino dall' affliggere, e molestare i Cristiani in Soria, il vegnente anno comandò, che la flotta a dugento navi in circa accresciuta dirizzasse il corso ad infestare le spiagge di Egitto. Gualtieri adunque Moacense, il quale fu con supremo comando a questa spedizione destinato, fatta vela dalla Sicilia, costeggiando il littorale della vicina Africa, sbarcò le truppe presso di Alessandria, già un tempo una delle principali Città del Mondo, ma che allora niun vestigio serbava dell' antica grandezza, e verso la Città tosto le condusse sulla speranza, che assalendola all' improvviso, perciocchè non abbastanza credevala custodita, se ne potesse rendere facilmente padrone. Ma essendogli andata questa speranza fallita, perchè trovolla bastantemente guardata, stabilì di assediarla, e prenderla a forza d' arme. Nella quale espugnazione avendo egli per-

tam vim sustinendam impares erant, in naves imponere, atque Siciliam repetere festinavit. Nihilo tamen secius hisce expeditionibus Guilelmus, Saladini progressus interpellando, Regni Hierosolymitani exitium remoratus est; quapropter a Balduino per Patriarcam Heraclium, aliosque nuncios publicæ ei actæ gratiæ; a Pontifice Maximo per literas *Christianissimi* titulo honestatus; summisque ab universo Christiano nomine laudibus ad cælum elatus.

ejusdemque cognitioni quædam majores causæ, vel in primo judicio, reservatæ fuerunt (a). Ita sese rebus habentibus, quando Rex alicui, vel Baroni, vel Civitati, pro merito aliquo merum, & mistum deferre volebat imperium, siquidem hujus generis potestas nondum tunc temporis prostabat pretio, venumque erat cuicunque exposita, Baronem illum, vel Civitatis Magistratum, Justitiarium creabat. Quod sanè Guilelmus præstitit, ubi ipsi placuit hoc etiam honore, ac jure Monregalense Monasterium adornare. Constituit nempe, ut quicunque illius Abbatem gereret, idem in omnibus ejusdem terris, possessionibusque, acquisitis, vel acquirendis, Justitiarius in perpetuum esset, ita ut nulli Ju-

riserbate (a). Ora stando le cose in questi termini, quando il Re volea ad alcuno, o Barone, o Città, che fosse, in ricompensa di qualche merito conferire il mero, e misto impero, perocchè in quel tempo una tal podestà ancor non davasi per danaro, nè a chicchessia era in vendita esposta, quel Barone, o Magistrato di quella Città Giustiziere creava. Il che appunto fece Guglielmo, quando gli piacque ancor di tale onore, e diritto fregiare il Monistero di Monreale; vale a dire stabilì, che chiunque il grado ne sostenesse di Abate, quegli in perpetuo il Giustiziere fosse di tutte le di lui terre, e possessioni acquistate, o da acquistarsi; sicchè permesso non fosse a verun Giustiziere lo inframmettersi nelle cause, che

(a) Vide Constit. Regni tit. 51. de Justitiar. tit. 52. *Qualiter Justitiarii se gerere debent in provincia sibi decreta*, & tit. 83. de Magistro Justitiario, cap. Regis Martini 51., & Auctorem Civilis Historiæ Regni Neapolis tom. 2. lib. 11. cap. 4.

(a) *Veggansi le Costituzioni del Regno nel tit. 51. de* Giustitieri, *e tit. 52.* del come i Giustizieri diportar si debbono nella provincia loro assegnata, *e nel tit. 83. del Maestro Giustiziere il cap. 51. del Re Martino. Leggasi pure l' autore della Storia Civile del Regno di Napoli nel tomo 2. lib. 11. cap. 4.*

Justitiario in caussis, in quibus de bonis, capiteque hominum Monasterii ageretur, se immiscere liceret; sed eæ Abbati cognoscendæ, definiendæque cunctæ permitterentur; nihilque emolumentorum, quæ inde obvenirent, Regia Curia sibi vendicaret; sed integra Monasterio cederent (a).

che tra le persone del Monistero insorgessero; ma tutta all' Abate la cognizione, e la decisione se ne lasciasse; e niun provento ne avesse la Regia Corte, ma tutto tornasse in prò del Monistero (a).

Bona, beneficia, atque immunitates, quæ hactenus recensuimus, omnia, Monasterio, unis, eisdemque ta-

I beni, i diritti, e l'esenzioni, che annoverati sin quì abbiamo, donati furono al Monistero tutti per un diploma scrit-

(a) Juvat hic exscribere Regii diplomatis verba, quæ sic se habent: *Praeterea providentes quieti, & paci Monasterii, ne aliquo tempore occasione aliquorum Justitiariorum molestias, vel vexationes aliquas sustineant, perpetuo concedimus, ut quicumque fuerit Abbas ipsius Monasterii constitutus, sit Justitiarius omnium Terrarum, & Tenementorum ejusdem Monasterii, tam earum, quæ possidet modo, quam illarum, quæ, Deo volente, in posterum ab ipso Monasterio fuerint acquisita. Nec liceat alicui Justitiariorum nostrorum de caussis, quæ inter homines ipsius Monasterii emerserint, se aliquo modo intromittere; sed Abbas ipsius Monasterii eas determinet, & decidat: & de hoc, quod de caussis ipsis ad Abbatem ipsum pervenerit, nihil Curia nostra habeat; sed totum reddat Monasterio cedat.* Hoc Guilelmi diplomatis caput insertum ad verbum legitur in diplomate Regis Martini anni 1397, quo plena jurisdictio civilis, & criminalis in Præsules Monregalenses a Guilelmo collata, confirmatur.

(a) *Non sarà discaro, che quì ne trascriva con le parole del Reale Diploma, le quali sono in questa sentenza:* Oltre a ciò per provvedere alla tranquillità, e pace del Monistero, affinchè in niun tempo per cagione di alcuni Giustizieri venga a patir molestie, e vessazioni, concediamo per sempre, che chiunque Abate sarà dello stesso Monistero, sia costituito in grado di Giustiziere di tutte le terre, e tenute del Monistero medesimo, tanto di quelle, che al presente possiede, quanto dell'altre, che, a Dio piacendo, in avvenire acquistasse. Nè sia lecito ad alcuno de' nostri Giustizieri l'ingerirsi in veruna maniera nelle cause, che tra le persone dello stesso Monistero nascessero; ma l'Abate di quello le determini, e le decida; e di ciò, che mai da esse cause derivasse di provento all' Abbate, niente n' abbia la nostra Curia, ma il tutto tocchi al medesimo Monistero. *Questo capo del Diploma di Guglielmo è inserito parola per parola nel Diploma del Re Martino dell' anno 1397 per cui la piena giurisdizione criminale, e civile da Guglielmo a i Prelati della Chiesa di Monreale conceduta si conferma.*

tabulis, donata, attributaque fuere. Has tabulas, aureis exaratas caracteribus, Rex ipse Montemregalem, ab Episcopis, proceribus, ac purpuratis, comitatus, se se conferens, in ipso subscriptas, ac signatas Monasterio, die, quo sacris anniversariis Virginis in cœlum ascensus colebatur, propriis manibus eidem Virgini super aram maximam religiosâ pompâ obtulit. Secundum nomina Regis, & Gualterii Archiepiscopi Panormitani, Matthæique Notarii, qui primarii erant Regis administri, hæ tabulæ subscripta præferunt nomina Rainaldi Archiepiscopi Barensis, Bartholomæi Episcopi Agrigentinorum, Alduini triclinio præfecti, Berardi Magistri militiæ, Guilelmi Comitis Marsici, Ansusi item Comitis, & Ugonis Lupini.

scritto a lettere d' oro, che il Re medesimo, portandosi a Monreale, accompagnato da' Vescovi, da' Signori, e da' Cortegiani, dopo averlo nel medesimo Monistero sottoscritto, e sigillato, il giorno anniversario sacro all' Assunzione della Gran Vergine in Cielo, di mano propria alla medesima con religiosa pompa offerì sull' altare. In questo diploma dopo i nomi del Re, e de' suoi principali Ministri Gualtieri Arcivescovo di Palermo, e Matteo Notaro, veggonsi soscritti quelli di Rinaldo Arcivescovo di Bari, di Bartolommeo Vescovo di Agrigento, di Alduino Siniscalco Regio, di Berando Regio Conestabile, di Guglielmo Conte di Marsico, del Conte Ansuso, e di Ugone Lupino.

Plenæ civili jurisdictioni, quam Monregalensi Monasterio in cunctis ejus oppidis, ac possessionibus acquisitis, & acquirendis, exercendam Guilelmus contulit, idem sacram, Pontificis Maximi beneficio, atque Antistitum, intra quorum diœce-

All' ampia civile giurisdizione, che Guglielmo conferì al Monistero di Monreale, da esercitare in tutte le sue terre, e possessioni acquistate, o da acquistarsi, proccurò, che fosse per concessione del Papa, e per consentimento de' Vescovi, nelle diocesi de'

cescon fines ea oppida, possessionesque continebantur, indulgentiâ, adjungendam curavit, Antistitibus jacturam decumarum, quam inde paterentur, æquis proventibus, de suo impertitis, resarciens. Quo factum est, ut quarum possessionum dominium Monasterium haberet, sacrâ in eisdem perfrueretur jurisdictione; & vicissim ubi sacram exerceret jurisdictionem, ibidem dominium obtineret, dempto agro Maniacensi, postea Brontensi, in quem jam inde a principio sacram tantum, ut diximus, adeptum erat potestatem.

de' quali erano quelle terre e quelle possessioni situate, unita la sacra, ristorando la perdita delle decime, che avrebbon quindi i Prelati sofferta, con assegnar loro del suo altri uguali proventi; onde avvenne, che in que' luoghi, de' quali avea il Monistero signoria, avesse pure spirituale giurisdizione; e all' incontro, dove esercitava la sacra podestà, là parimente dominio avesse, toltone il territorio di Maniaci, poi di Bronte, sopra il quale fin da principio soltanto la spirituale podestà, come detto abbiamo, acquistata avea.



DE
VITA, ET REBUS GESTIS
GUILELMI II.
SICILIÆ REGIS,
Monregalensis Ecclesiæ Fundatoris.

LIBER QUARTUS.

Anno 1177.



Nsignis est in vita nostri Guilelmi annus centesimus septuagesimus septimus supra millesimum, qui res hactenus expositas excipit, propter sedatam inter ipsum & Fridericum Imperatorem discordiam. Faustus pariter idem annus & Ecclesiæ, & universæ Italiæ fuit, Ecclesiæ quidem ob dissidium Imperium inter, & Sacerdotium extinctum, Italiæ vero ob quietem post diuturnum exitiosumque bellum inde ei prose-



Otabile è nella vita del nostro Guglielmo l' anno millesimo centesimo settantesimo settimo, che le cose sin ora dette conseguita, per la pace tra lui, e l' Imperadore Federigo conchiusa. Fu l' anno istesso e alla Chiesa, e all' Italia felicissima, alla Chiesa per la discordia fra il Sacerdozio, e l' Impero estinta, all' Italia per la tranquillità dopo lunga, e dannosa guerra quinci a lei derivata. Imperocchè l' Imperadore Federigo, dappoicchè nel

fectam. Fridericus namque Cæsar, ubi in Ticinensi colloquio, ut superiore libro diximus, de concordia cum Pontifice maximo, & Guilelmo Rege nostro, Civitatibusque Italiæ, ab Alexandro stantibus, frustra agitatum fuit, bellum persequutus, post varios communis martis casus, in prælio cum Mediolanensibus, aliisque fœderatis, ad forum Licinii commisso, quod prælium strenue quidem sed infeliciter ipsemet administravit, tantam accepit cladem, ut pacis consilia sincero volvere animo cœperit, pacisque consiliis institerit, tum quia pecuniæ, quæ belli nervus est, angustiâ laborabat, suique in dies ab ipso deficiebant; tum quia summi viri, quorum auctoritas apud illum plurimum valebat, admonere non cessabant, ipsum non cum hominibus, sed cum Deo bellum gerere, hincque ei tot, ac talia obvenisse detrimenta, majoraque, ni ab incepto desisteret, obventura. Misit itaque ad Alexandrum, Anagniæ tum

congresso di Pavia, come nel precedente libro fu detto, in vano trattossi la concordia col Papa, col nostro Re Guglielmo, e colle Città confederate, la guerra continuando, dopo varie comuni fortune, nella battaglia avuta co' Milanesi, e gli altri alleati presso Lignano, la quale egli medesimo avea bene con molto valore, ma con poca sorte condotta, tanta e tale ebbe sconfitta, che cominciò a rivolgere sinceramente nell' animo pensieri di pace, e ad instarvi sopra, tra perchè di danajo, il quale è il nerbo della guerra, scarseggiava, e i suoi giornalmente disertavano, tra perchè i grandi, che presso lui maggior autorità avevano, non rifinivano di fargli avvertire, lui non cogli uomini, ma con Dio guerreggiare; quindi essergli tanti danni avvenuti, e maggiori, se l' impresa non abbandonasse, soprastargli. Egli perciò ad Alessandro, il quale soggiornava tuttora in Anagni, spedì una solenne ambasciata, della quale capo era l' Arcivescovo di Magenza, per ripigliare il trattato di pace, tante volte ito a voto. Ma il

Pa-

tum adhuc degentem, splendidam legationem, cujus Moguntinorum Archiepiscopus princeps erat, ut concordiæ negotium, tories inani eventu pertentatum, redintegraretur. At Pontifex Maximus, tametsi de conditionibus, ad rem suam attinentibus, facile convenerat; nihilo tamen secius, nisi fœderatorum rationibus una prospiceretur, nihil statuere voluit. Id tantum condictum fuit, ut ipse in Galliam Cisalpinam progressus, Bononiæ, præsentibus fœderatorum legatis, cum Cæsare congrederetur, quo pax communi consensu communi firmaretur bono. Hinc Alexander Gulielmum per internuncios de omnibus certiorem fecit, professus, se nihil unquam præter ejus voluntatem, qui adeo Ecclesiæ faverat, tantoque fuerat adjumento, transacturum. Hoc nuncio accepto; Rex extemplo Romualdum Salernitanorum Archiepiscopum, Salerno ad id evocatum, & Rogerium Andriæ Comitem militiæ præfectum, ac ma-

Papa, comecchè intorno a' patti, che se riguardavano, agevolmente si fusse convenuto, nondimeno non volle, se non se in una provvedevasi agl' interessi degli alleati, nulla determinare. Si convenne solamente, ch' esso in Lombardia innoltrandosi, in Bologna, presenti gli Ambasciadori de' confederati, si abboccasse coll' Imperadore, per conchiudere di pari consenso, e a comun bene la pace. Quindi Alessandro per suoi legati di tutto fe Guglielmo consapevole, protestando, che a niun accordo venuto sarebbe senza il volere di lui, che avea cotanto favoreggiata, e sostenuta la Chiesa. A cotesto avviso il Re tantosto mandò suoi Ambasciadori Romualdo Arcivescovo di Salerno, a tale obbietto di là richiamato, e Rogero Conte d'Andria Capitan Generale, e gran Giustiziere della Puglia, e Campania, per intervenire al congresso; e nello stesso tempo ordinò, che alcune galee, di genti, e di provvisioni opportunamente fornite, partissero a costeggiare il mar Adriatico ad uso, ed agio del Papa. Disposte così le cose, Alessandro, ac-

 com-

magnum Apuliæ, & Campaniæ Quæsitorem, oratores suos, qui colloquio interessent, delegavit; simulque triremes aliquot, classiariis, commeatuque opportune instructas, ad superi maris oram Pontificis maximi mandatis, commodisque præsto esse jussit. Rebus sic comparatis, Alexander Anagniâ, nonnullis Cardinalibus, ac Guilelmi legatis eum prosequentibus, Venetias profecturus, qua in Urbe, de rebus, quæ in Bononiensi colloquio disceptandæ essent, cum suis fœderatis communicare constituerat, Beneventum processit, Benevento Trojam, ac Sipontum, postremo Vestas petivit; quod oppidum ad Gargani montis radices, qua orientem solem spectat, situm, stationem præbet navigantibus Adriaticum mare tutam, ac commodam. Hic transmissæ a Guilelmo naves eum opperiebantur; quas tamen Pontifex propter adversos ventos nonnisi post dies aliquot conscendens, Venetias versus per Illyrici litus cursum inten-

compagnato da alcuni Cardinali, e dagli Ambasciadori di Gughelmo, dovendosi d'Anagni portare a Vinegia, dove erasi proposto di conferire gli articoli da trattarsi nell'assemblea di Bologna, avviossi a Benevento, di là a Troja, e a Siponto, e in fine a Vieste, Città, che alle falde del Monte Gargano dalla parte d'Oriente situata presta a coloro, che navigano nel mare Adriatico, sicuro, e comodo ricovero. Quivi i legni da Guglielmo spediti l'aspettavano; sopra i quali però, se non dopo alquanti giorni, per li contrarj venti salito il Papa, dirizzò per la spiaggia dell'Illirico il corso verso Vinegia, e toccata Zara, il nono giorno, dacchè sciolse dal lito d'Italia, vi pervenne, dove dal Doge, e dal Senato con tutta la Città, uscitagli all'incontro, molto orrevolmente ricevuto, nella prossima prima Domenica, che correva di Quaresima, celebrò Messa nella Chiesa di San Marco, e recitò un sermone alla signoria, ed al popolo. Nella quarta Domenica poi, avendo secondo il costume consacrata la rosa d'oro,

tendit, Jaderamque praetervectus, nono die quam solverat, Venetias tenuit; ubi ab Duce, ac Senatu, universa in ipsius occursum effusa civitate, magno honore exceptus, proxima, quae occurrit, prima esurialium feriarum die Dominica, ad Divi Marci rem divinam fecit; orationemque ad Ducem, Senatum, ac Populum habuit; quarta vero, quum rosam auream de more sacrasset, et Ducem, quod summo honori ducitur, donavit (a); & Paschate, quod eo anno in III. nonas Aprilis incidit, omnibus, qui eo die Divae Mariae aedem pie, religioseque adivissent, plenam omnium noxarum relaxationem indulsit. Interea Imperator condictum cum suis legatis colloquii locum suspectum causari, detrectareque, simulque Ve-

ora, di quella al Doge, il che a sommo onore s'ascrive, fece dono (a); e nella festa di Pasqua, che in quell' anno avvenne addì 3. di Aprile, concedette indulgenza plenaria a tutti coloro, che in quel giorno con pietà, e divozione avessero la Chiesa di Santa Maria visitata. In questo mezzo cominciò l'Imperadore ad allegar per sospetto, e a ricusar il luogo del congresso, convenuto co'suoi Ambasciadori, e insieme a sollecitare il popolo Veneziano per ricever lo nella sua Città. Il che gli sarebbe certamente riuscito; e fatto be stato malgrado ancor del Papa in Venezia ammesso, se gli Ambasciadori di Guglielmo opposti non si fossero, protestando, che, se i Veneziani ciò consentissero, essi se ne sarebbono incontanente partiti; e il suo Re non avrebbe lasciata quell' ingiuria inven-

(a) Solenne est Romanis Pontificibus Dominicâ quartâ magni Jejunii rosam auream sacrare, eamque alicui Principi, vel Ecclesiae in honoris, ac benevolentiae argumentum dono mittere. De hujus Rosae aureae ceremoniis, ac significationibus videsis, quae a Petro Blesensi, Theophilo Raynaldo, & Spondano traduntur.

(a) Costumano i Sommi Pontefici la quarta Domenica di Quaresima benedire una rosa d'oro, e questa mandare in dono in segno di amore, e di benevolenza a qualche Principe, o a qualche Chiesa. Della ceremonia, e della significazione di questa rosa d'oro si può vedere ciò, che ne scrivono Pietro Blesese, Teofilo Rainaldo, e Spondano.

Venetum populum sollicitare, ut ipsum in suam Urbem admitteret. Quod quidem ex sententia ei processisset; fuissetque, Pontifice maximo quamvis refragante, Venetias admissus; ni Guilelmi Oratores restitissent, denuntiantes, ubi hoc Veneti permitterent, se illico discessuros, Regemque suum eam injuriam non relicturum inultam. Quo factum est, ut animadvertentibus Venetis, si in aliquo Guilelmum offendissent, id suis popularibus, quorum non parvus numerus negotiationis causâ in Siciliensi Regno versabàtur, fraudi futurum, non antea Friderico Venetiæ patuerint, quam, Alexandro, ejusque sociis assentientibus, hæc ipsa urbs ad colloquium constituta pro Bononia fuisset. Cui demum tranquille habito optatus contigit exitus: fuit namque Alexandro præstitum a Cæsare obsequium, jurataque concordia; simulque cum Rege nostro in annos quindecim, cum Civitatibus fœderatis in sexennium pactæ induciæ. Has Guilel-

vendicata. Quindi avvenne, che considerando i Veneziani essere per riuscire di detrimento ai suoi, che in non picciol numero nel Regno di Sicilia trafficavano, so punto si fossero. il Re Guglielmo inimicato, non prima si diè libero a Federigo l' ingresso in Vinegia, che di consentimento del Papa, e de' suoi collegati si fosse questa istessa Città pel luogo dell'accennato congresso in vece di Bologna stabilita. Il quale congresso alla fine tranquillamento tenutosi, ebbe il desiderato esito; imperocchè fu da Cesare ad Alessandro prestata ubbidienza, e giurata concordia, e insieme fatta tregua col Re nostro per anni quindeci, e colle Città confederate per anni sei. Una tale tregua gli Ambasciadori di Guglielmo con sacramento fermarono, promettendo, che fra due mesi il Re medesimo, e dieci de' principali del Regno avrebbon giurato di fedelmente osservarla. Laonde Federigo mandò suoi Ambasciadori in Sicilia Ugolino Conte del Bene, e Rodegerio suo gran Camerlingo; i quali in Palermo venutisi, e da Guglielmo cor-

lelmi legati sacramento firmavere, polliciti in easdem intra duos menses & Regem ipsum, & decem Regni primores juraturos. Idcirco Fridericus Ugolinum Boni Comitem & Rodegerium suum magnum Quæstorem, legatos in Siciliam misit; qui Panormum profecti, atque liberaliter ab Guilelmo excepti, lauteque habiti, accepto jurejurando a Rogerio Avellini Comite, cæterisque dynastis Regis nomine dicto, quo inita concordia confirmabatur, cum hujus confirmationis literis regressi sunt, eos de more ad fines usque Regni reducente uno ex Regis armigeris. Accidit autem, ut, quum inter hunc armigerum, & rusticos lacus magni, quod est non procul a Salerno castrum, rixa exorta esset; & armiger, ut se ab illorum impetu tueretur, domum, in qua legati diversabantur, sese recepisset, hanc agrestes adorti, legatos male habuerint; ac fracto Ugolini scrinio, Regiisque literis,

cortesemente accolti, e trattati lautamente, dappoichè ebbero ricevuto il giuramento, dato in nome del Re da Rogero Conte d'Avellino, e dagli altri Baroni, con che la concordia fatta ratificavasi, con lettere di tal rafferma al loro Imperadore se ne ritornarono, stati essendo secondo il costume fino a' confini del Regno da uno de' Regj Scudieri ricondotti, e accompagnati. Accadde però, che essendo tra questo Scudiere, ed una brigata di contadini del lago grande, che è un castello presso a Salerno, insorta rissa, e lo Scudiere per difendersi dall' impeto di costoro riparato essendosi nella casa, dove gli Ambasciadori albergavano, corsi i villani ad assalirla, maltrattarono gli Ambasciadori, e rotto d'Ugolino lo scrigno, e quindi le lettere Reali, onde la concordia fatta coll' Imperadore confermavasi, e una coppa d'argento tolte via presero la fuga. Come il Re tanta sceleraggine intese, dall' indegnità commosso, e turbato, ordinò per sua messa a' Giustizieri di tracciarli,

ris, queis concordia cum Imperatore comprobabatur, argenteoque cratere inde abreptis, fugam arripuerint. Quod, ut Rex cognovit, facinus indignatus, per certum apparitorem Quæsitoribus illos persequendos, ac captos suspendendos mandavit. Quæsitores Regia capessentes mandata, quotquot ex illis comprehendere datum fuit, agi in furcas jusserunt, alios apud Barolium, alios apud Trojam, unum Salerni, alterum Capuæ, & duos ad Germani Fanum, ut omnes cognoscerent commissa crimina maxime contra legatos, quos potiore jure ab omni securos esse injuria oportet, a Rege non dissimulari, nec impunita dimitti. Præcepit quoque Rex, ut aliud literarum confirmationis concordiæ exemplar exscriberetur; Cæsarique per Tancredum Scribam transmitteretur. Suæ in flagitiis puniendis severitatis Guilelmus specimen aliud hoc tempore dedit adversus Fajani villicos, qui proditores, pariter-

li, e presi appiccarli per la gola. I Giustizieri insieme col messo gli ordini del Re ponendo ad effetto, quanti de' rei pigliar poterono, tanti ne impiccano, alcuni presso Barletta, altri in Troja, uno in Salerno, un altro in Capua, e due presso San Germano, affinchè tutti conoscessero, non dissimularsi, nè impuniti dal Re lasciarsi i delitti, e massimamente quelli, che contra le persone degli Ambasciadori si commettono, le quali per più possente, e inviolabil ragione esser debbono da ogni ingiuria sicure. Comandò il Re parimente, che un altro esemplare si facesse delle sue lettere ratificanti la concordia, e all' Imperadore il recasse Tancredi suo Cancelliero. Un' altra prova di sua giustizia diede Guglielmo nel medesimo tempo contra i villani di Fajano; i quali non meno traditori, che spergiuri, di accordo secondochè fu detto di alcuni Monaci, assalito con bastoni, spade, e lance Matteo Abate del Monistero di Salerno, e se-

cerque perjuri, suffraganti- bus, uti rumor fuit, quibusdam Monachis, Matthæum Salernitani Monasterii Antistitem, fustibus, gladiis, & lanceis aggressi, eum in ventre, & in gutture cædentes, crudeliter neci dederunt.

Dimisso colloquio, Gulielmi legati cum Regiis triremibus Siciliam repetunt, adeo ipsorum opera in pacis negotio Pontifici probata, ut Romualdo hocce ob meritum crucem per ejus Diœcesim præferendi facultatem fecerit: quod tunc temporis ne Archiepiscopis quidem, nisi ex singulari Pontificis Maximi beneficio, licebat. Cæsar Venetiis profectus in Galliam Cisalpinam concedit; & inde cum Beatrice conjuge, & Henrico filio in Germaniam revertitur, Moguntinorum Archiepiscopo ad res Italiæ moderandas, populosque in fide continendos relicto. Alexander vero vectus Venetæ Reipublicæ navibus, quandoquidem Siculæ triremes cum Regiis legatis jam solverant, Sipontum de-

feritolo nel ventre, e nella gola, crudelmente morto lo aveano.

Terminato il congresso, gli Ambasciadori di Guglielmo colle Regie galee ritornano in Sicilia, stata essendo l' opera loro nel trattato di pace accetta tanto, e grata al Sommo Pontefice, che a Romualdo per questa benemerenza diede la facoltà di portar per tutta la sua Diocesi la croce; il che in quella stagione a niun Prelato, nè meno agli Arcivescovi, era permesso, se non per ispeciale grazia del Papa. Lo Imperadore, partitosi da Venezia, sen va in Lombardia; e quindi con Beatrice sua consorte, ed Enrico suo figliuolo, fa nella Magna ritorno, lasciato l' Arcivescovo di Magonza a regger le cose d' Italia, e a tener in dovere, e fedeltà que' popoli. Alessandro poi si partì sopra le galeazze della Repubblica Veneta, poichè le galee Siciliane avean fat-

descendens, ubi Regio mandato ei honores omnes, qui summæ ipsius debebantur dignitati, exhibiti fuere, Anagniam rediit. Hic Pseudo-Pontificem Callistum, in ordinem redactum, in gratiam, fidemque recepit; unde dissidium, quo Ecclesia septem, & decem ingemuerat annos, finem habuit: nam, etsi aliqui ex adversa legitimo Pontifici factione in Callisti locum Landum quemdam, sive Landonem sub Innocentii nomine suffecere; hic aut nullos, aut paucos sectatores habuit; obscurusque pene jacuit. Controversiis deinde cum Romanis compositis, Romam Alexander se retulit, rebus adeo undique tranquillis, ut ei Concilium in Lateranensi Basilica trecentorum Episcoporum, in quo ex nostratibus Nicolaus Messanensis, & Guido Cephalæditanus interfuere, ad remedia rei Christianæ malis communi consilio adhibenda cogere commodum fuerit; a quo sane Concilio non paucæ utiles prodiere, salutaresque leges. Hæc om-

fatta vela cogli Ambasciadori del Re; e scesa in terra a Siponto, dove di Reale ordine gli si fecero tutti gli onori, che alla suprema sua dignità eran dovuti, ritornossi in Anagni. Quivi l' Antipapa Calisto, a privato stato ridotto, in sua grazia, e protezione prese; onde al fin ebbe termine lo scisma, da cui pel corso di diciassette anni era stata la Chiesa afflitta; imperocchè, quantunque alcuni della fazione contraria al vero, e legittimo Papa, abbiano a Calisto surrogato un certo Lando, o Landone, sotto nome d' Innocenzo; questi o niuno, o pochi ebbe seguaci; e quasi sconosciuto rimase. Indi composta la controversia, che avea coi Romani, Alessandro si ricondusse a Roma in istato di cose sì tranquillo, che per rimediare di comun consiglio a' mali della Repubblica Cristiana potè agevolmente ragunare un Concilio nella Basilica di S. Giovanni in Laterano di trecento Vescovi composto; in cui de' nostri v' intervennero Nicolò di Messina, e Guidone di Cefalù; e da cui non poche utili, e salutari leggi uscirono. Di tutti

omnia bona, quod nempe post tot ærumnas Ecclesia concordiam, Pontifex Maximus dignitatem, Italia tranquillitatem recuperarint, Guilelmi præsertim consiliis, opibus, fidei accepta referenda esse communis opinio tunc fuit; eique magnus inde laudis accessit cumulus (*a*).

Lætitiam, quam hoc anno Italia ex parta quiete percepit, ut pro rerum humanarum conditione adversa secundis miscentur, annonæ corrupit difficultas, qua quinquennium adeo laboratum fuit, ut frumentum aureis uno & sesquialtero in medimnos novenos steterit (*b*); magnaque hominum vis, propterea quod agre-

ti cotesti beni, cioè che dopo tanti guai la Chiesa l' unione, il Sommo Pontefice la dignità, la sua tranquillità abbia l' Italia ricuperata, fu allora comune opinione il grado doversene, e il merito ai consigli, agli ajuti, e alla fedeltà di Guglielmo; e grande da ciò accrescimento di laude a lui derivonne (*a*).

L' allegrezza, che in questo anno dalla pace fatta sentì l' Italia, come addiviene per la condizione delle umane cose, che ai prosperi gli avversi casi misti vanno, e confusi, venne dalla carestia de' viveri turbata, la quale per lo spazio di cinque anni fu così grande, che il frumento giunse a comperarsi a due scudi e mezzo d' oro la salma (*b*); *e assai gente,*

(*a*) Vid. Joan. Villanum lib. 5. cap. 3. Hist.

(*b*) In Chronico Anonymi Casinensis ad ann. 1182. hæc de penuria hæc habentur. *A quinque annis & infra fames fuit tam valida per totam Italiam, quod diversis in partibus salma tritici pro auri uncia non poterat inveniri*. In quibus verbis notandum primum est *salmam* idem esse, ac nostrant *salmam*, a sagma, quod proprie significat onus, & sarcinam, translate vero mensuræ genus, oneri, quod jumentum ferre potest, respondentis. Notandum secundo precium unciæ unius auri pro *salma*, ut diximus, tritici, quod tum temporis enor-

(*a*) *Veggasi la storia di Giovanni Villani lib. 5. cap. 3.*

(*b*) *Nella Cronaca dell' Anonimo Casinese all' anno 1182. questa carestia così descrivesi.* Cinque anni e più fu la fame sì grande per tutta Italia, che in diverse parti una salma di frumento non poteva trovarsi nè meno pel prezzo di oncia una di oro. *E qui è da notarsi primieramente, che la voce nostra, usata anche dai Toscani, salma deriva dalla voce sagma, che propriamente significa soma, e translativamente sorta di misura corrispondente al peso, che può portare un giumento. In secondo luogo egli è da osservarsi, che il prezzo di un' oncia d' oro per salma, come dicevasi, la*

agrestibus herbis ad explendam famem vescebatur, miserandum in modum deperierit. Cujus quidem caritatis id potissimum positum causae fuit, validus nempe, maleficusque ventus, qui tres continuos dies Italiâ totâ, ingruente hyemê, sic desævit, ut homines complures, bestiasque absumpserit; arbores, sata, herbasque ad radices usque adusserit. Hacce calamitate Insulam nostram affectam minime fuisse verisimilius est; quandoquidem de ea a nostrarum rerum scriptoribus nulla mentio fit.

Præter pacis causam cum re-

te, la quale per isfamarsi d' erbe selvatiche pascevasi, perì miseramente. Di cotesta penuria fu principal cagione un gagliardo infesto vento, il quale sul principio dell' inverno per tre continuati giorni per tutta Italia incrudelì sì fattamente, che più uomini, e bestie consunse; alberi, biade, ed erbe seccò, ed arse fino alle radici. Convien dire, che non abbia questa calamità sofferta l' Isola nostra; poichè niuna menzione di essa troviamo presso i nostri storici.

Oltre la cagion della pace, ch'

---

me putabatur, nunc vilissimum esse; tanto aurum, argentumque ob eorum raritatem olim plus valebant, quam hodie valent. *Salma* porro nostra respondet medimnus noveuis. Medimnus enim, ut ex Cicerone in Verrem 3 liquet, est mensura genus tanti tritici capax, quantum in agri jugero fere seminatur, idest in agri modo, quem uno boum jugo in die arare possis. Jam vero nostra *salma* tantum frumenti capit, quantum seminus novem terræ jugeribus fere committitur.

formento, che in quel tempo riputavasi eccessivo, al presente è vilissimo; tanto l'oro, e l'argento per la loro rarità una volta di maggior valuta erano, che oggi giorno non sono. La salma nostra poi contiene nove volte quella misura, che in Greco, e in Latino dicesi medimnus, imperocchè questa, come è chiaro da Cicerone nelle Verrine, era capace di tanto formento, quanto può seminarsi in un jugero di terra, vale a dire, in uno spazio di terreno, che può in un giorno arare con un pajo di bovi; e oppunto la nostra salma cape presso a poco tanto grano, quanto se ne può seminare in nove jugeri di terra. E l' istesso essere in Toscana comprovasi da quel testo rapportato dal Vocabolario della Crusca alla voce Jugero: ad un jugero, ovvero bubulca, basta una corba di grano.

reliqua Italia communem peculiaris alia eumdem annum Siculis lætum fecit, nuptiæ nimirum ab Guilelmo cum Joanna, Angliæ Regis filia, contractæ, quibus optumi Principis propagatum iri virtutes summopere sperabant. Harum nuptiarum conciliator extitit Alexander Pontifex Maximus; auctores, ut verisimile est, Panormitanorum, Syracusanorumque Pontifices, ambo summâ apud Regem gratiâ, & ambo Angli. Momentum, quod ad illas Guilelmi inclinavit animum, fuit utriusque familiæ, & suæ, & illius, quæ tum in Anglia regnabat, eadem ex gente origo: namque Joannam susceperat ex Eleonora filia, & hærede Guilelmi Aquitaniæ Ducis Henricus II., a Guilelmo, qui primus ex Nortmanna gente Angliam in suam redegit ditionem, quintus Angliæ Rex. Missi in Angliam Joannam petitum Elias Trojanorum renuntiatus Episcopus, Arnulphus Episcopus Caputaquensis, & Florius Camerotensis Quæsitor.

ch' era col rimanente d'Italia comune, un' altra rendè a' Siciliani quest' anno medesimo lieto, e felice, vale a dire lo sposalizio di Guglielmo con Giovanna, figliuola del Re d' Inghilterra; onde eglino grandissima speranza aveano conceputa, che si fossero in un col sangue le virtù dell' ottimo Principe ne' suoi discendenti trasfuse, e propagate. Di queste nozze il mediatore fu Alessandro Papa; consiglieri, come è verisimile, l' Arcivescovo di Palermo, e il Vescovo di Siracusa, l' uno, e l'altro in somma grazia appresso il Re, e l' uno, e l' altro Inglesi. Ciò, che a quelle inchinò l' animo di Guglielmo, fu la comune origine, che la sua famiglia, e quella, che allora regnava nella gran Bretagna, traevano dalla stessa nazione: imperocchè Enrico II. dopo Guglielmo, il quale di nazione Normanno il primo conquistò l'Inghilterra, quinto Re di quel Regno, avea avuta Giovanna da Leonora figliuola, ed erede di Guglielmo Duca d' Aquitania. Mandati furono in Inghilterra a domandarla per isposa Elia eletto Vescovo di Troja, Arnol-

tor. Lubenti animo Heuricus natam suam Regi nostro despondet; atque hujus suæ voluntatis nuncios, testesque in Siciliam ad generum præmittit una cum Trojanorum renuntiato Episcopo Episcopum Novicensem, Parisium Roffensis Ecclesiæ Archidiaconum, Balduinum Bulotium, & Ricardum Camevilium. Interea Regia puella ex Anglia, transgressa fretum, per Galliam Siciliam versus proficiscitur, una cum reliquis Guilelmi legatis, & Ægidio Eboracensium Antistite, aliisque Angliæ optimatibus, queis genitor eam affectandam commiserat. In Ægidii fano, quod est Occitaniæ prope maritimam oram oppidum, eam præstolabantur Alfanus Campanorum Archiepiscopus, Ricardus Episcopus Syracusanus, & Robertus Casertæ Comes, qui Guilelmi jussu eidem deducendæ obviam cum quinque, & viginti triremibus processerant. Regina igitur, prætoriam navem ascendens, cum reliqua classe Genuam primum te-

nolfo Vescovo di Capaccio, e Florio di Camerota Giustiziere. Con animo prontissimo, e lieto Enrico promette al nostro Re la figliuola; e di questo suo buon grado, e volere Ambasciadori, e testimonj spedisce innanzi al genero in Sicilia insieme coll' eletto di Troja il Vescovo di Norwich, Parisio Arcidiacono di Rochester, Balduino Bulozio, e Ricardo Camevilio. Fra questo mezzo la Real donzella dalla gran Bretagna, passato lo stretto, per la Francia s' incammina verso Sicilia in un col resto degli Ambasciadori di Guglielmo, e con Egidio Vescovo di Torch, ed altri Signori Inglesi; a' quali il padre di lei consegnata l' avea per accompagnarla, e corteggiarla. Nella spiaggia di Gilles, che è una Città di Linguadoca non lungi dal mare, stavansi aspettandola Alfano Arcivescovo di Capua, Ricardo Vescovo di Siracusa, e Roberto Conte di Caserta; i quali per ordine di Guglielmo ad essa eran iti allo incontro con venticinque galee per su condurnela. La Reina adunque sa-

tenuit, a Genuensibus honorificentissime excepta, Genuâ Neapolim devecta, quum navigationis insolita mare moleste ferret, celebrato Neapoli Natalis Domini die, per Salernitanos, & Brutios, trajecto freto, Panormum terrâ venit. Iniit Urbem noctu, eamque tot micantem luminibus, ut tota conflagrare videretur; & inter gestientis populi plausus, acclamationesque, equo advecta Regio, Regalibus que vestibus insignita, diversorium, quod erat ei splendido cultu apparatum, adiit, ibi commoratura, donec dies, nuptiis obeundis præstituta, adesset. Nuptiis paulo post concelebratis, fuit Joanna Regina Siciliæ salutata, ac coronata in Regio Sacello idibus Februarii coram Eboracensium Pontifice, cæterisque Anglis, atque universa Regni nobilitate, eâ, quæ utriusque Regis majestatem decebat, pompâ. Nuptiarum causa Rex principatum Montis Sancti Angeli, Sipontum, & Vestas oppida, pleraque alia, & castra, & prædia Reginæ fi-

salita sopra la capitana col resto della flotta prese prima terra a Genova, da Genovesi a grande onore accolta. Quindi in Napoli trasportata, non potendo più il travaglio del mare sostenere, come quella, che alla navigazione usa non era, celebrata la solennità del Natale del Signore, pel territorio di Salerno, e per la Calabria, valicato il Faro, sen venne per terra a Palermo. Entrò di notte tempo nella Città per tante vive faci luminosa, che tutta scintillare, e quasi arder parea; e fra gli applausi, e le acclamazioni del giulivo popolo sù Regio cavallo in Regal vesta assisa vassene all' alloggiamento, che di ricchi, e splendidi arredi fornito le si era apprestato, per ivi dimorare sino al venir del giorno alla celebrazione delle nozze stabilito. Le quali nozze dopo non guari spazio furon celebrate; e Giovanna Reina di Sicilia nella Real Cappella addì 13. di Febbrajo in presenza del Vescovo di Torcb, e degli altri Inglesi, e di tutta la nobiltà del Regno, con quella splendidezza, e pompa,

fiduciaria donavit (a). Hujus donationis tabulas non solum, ut moris erat, subscripsere Gualterius Panormitanorum Archiepiscopus, Matthæus magni Scribae vicarius, & Ricardus Syracusanorum Pontifex, verum etiam undecim, partim ex Insula, partim ex provinciis ultra Pharum Antistites, quos inter septimum locum cum titulo Episcopi obtinet Theobaldus, Monasterii Monregalensis Abbas, ac quindecim, qua Purpurati, qua Dynastæ.

Regis nuptiæ causam attulerunt, quod Monregalensi Templo insigne ornamentum, Civitati validum præsidium accesserit. Alfanus namque Campanorum Pontifex, quum Re-

pa, che alla Maestà di due Re si conveniva, fu acclamata, e coronata. Il Re le concedette per cagion di nozze (a) in feudo la Contea di Monte Sant' Angelo, le Città di Siponto, e di Vieste, ed altre molte castella, e tenute. Gli atti pubblici di tale donazione non solamente, com' era il costume, sottoscritti furono da Gualtieri Arcivescovo di Palermo, da Matteo Vicecancelliere, e da Ricardo Vescovo di Siracusa, ma ancora da undici Prelati dell' Isola, e delle Provincie di là del Faro, tra' quali il settimo è Teobaldo Abate del Monistero di Monreale col titolo di Vescovo, e da quindici tra Ministri, e Signori.

Le nozze del Re furon cagione, che un insigne ornamento al Tempio di Monreale, e alla Città un possente sostegno aggiunto si fusse. Imperocchè Alfano Vescovo di Capua essendo in Palermo venu-

(a) Diploma hujus donationis utitur *dotarii*, sive *dotarii* vocabulo, cujus appellatione apud sequioris latinitatis Scriptores quicquid mulieribus a viris nuptiarum causa otendum, fruendumque attribuitur, significatur. Vide Cangii Gloss. verbo *Dotarium*.

(a) Il diploma di questa donazione si serve del vocabolo di dotario, sotto il quale appresso gli Scrittori della bassa latinità viene tutto ciò, che alle donne per cagione di nozze per loro uso, ed agio si assegna. Si vegga il Glossario del Cangio alla parola Dotarium.

Reginam prosequutus, Panormum venisset, Divi Castrensis corpus, quod Capuæ jacebat, dono Regi dandum, ut in Monregalensi Templo reponeretur, secum transtulit. Repositum summo in honore, cultuque haberi cœptum; factumque, ut exoriens Monregalensis Civitas tam invictum, ac gloriosum Christianæ veritatis vindicem patronum sibi adoptarit. Fuit enim Castrensis Episcopus in Africa, dum Vandali Catholicum nomen illic infectabantur. Is quum, ut a vera Religione desciseeret, blanditiis, tormentisque variis tentatus, in ea constans persisteret, fuit cum aliis Episcopis in vetus, quassatumque navigium, idemque & armamentis nudum, & gubernatore, nautisque destitutum, ad certum, ut videbatur, naufragium impositus. Sed illo, qui ventis, & mari imperat, legemque imponit aquis, navem gubernante, incolumis cum collegis ad Campaniæ litus appulsus, in suburbano Capuæ urbis sancti-

nuto, la Reina accompagnando, recò seco in dono al Re il corpo di S. Castrense, che in Capua custodivasi, per collocarlo nel Tempio di Monreale. Quivi il sacro deposito collocatosi cominciò ad aversi in sommo onore, e culto; e quindi avvenne, che la nascente Città di Monreale un tanto invitto, e glorioso difensore della verità Cristiana suo protettore eleſſe. Castrense fu Vescovo in Africa, mentre colà la persecuzion Vandalica contra i Cattolici infieriva. Questi, avvegnachè con lusinghe, e martori tentato a venir meno di fede, e ad abbandonar la vera Religione, nondimeno fallo in quella, e costante rimanendo, fu insieme con altri Vescovi abbandonato a certo, come pareva, e inevitabile naufragio sopra antico, e conquassato naviglio, d'ogni sorta d'armamento, e di marinari sfornito. Ma sotto la scorta, e il governo di colui, che a' venti comanda, e al mare, e che impone legge alle acque, salvo co' suoi colleghi alla spiaggia della Campania approdato, in un sobborgo della Città di Capua visse vita per santità,

ctitate, & miraculis clarissimam vixit vitam. Vitâ terrenâ functi, Coelestemque nacti corpus ibidem in summa veneratione aliquandiu mansit; procedente tempore inde Capuam, & Capuâ, uti diximus, tandem Montemregalem translatum.

e miracoli chiarissima. Partitosi di questa mortal vita terrena, ed entrato nella Celeste, il corpo di lui rimase nel medesimo luogo per qualche tempo in somma venerazione; quindi fu a Capua, e da Capua a Monreale, come abbiamo detto, finalmente trasportato.

Anno 1178.

Ex bonis, juribusque, Cœnobio Monregalensi donatis, Ecclesia Panormitana detrimentum ceperat fani Divi Silvestri, quod erat sui dominii, & decumarum, quas ex Corilionis oppido, suæ Diœceseos finibus comprehenso, percipiebat. Rex, ne largus alieni esset, quicquid huic Ecclesiæ detractum fuerat, abunde compensavit, illi rependendo pro Divi Silvestri fano Baidæ pagum, cum fundis, & colonis, qui ad eum pagum pertinebant; & pro decumis, quæ ex Corilione redibant, curando, ut a Pontifice Agrigentino cederentur Panormitano sacra jurisdictio, & de-

Dai beni, e diritti, al Monistero di Monreale donati, la Chiesa di Palermo avea ricevuta la perdita della Chiesa di S. Silvestro, che era di suo diritto, e delle decime, che dalla Città di Corleone, compresa nella sua Diocesi, ritraea. Il Re, per non essere dell' altrui liberale, quanto avea a quella Chiesa detratto, compensò abbondevolmente, contraccambiandole la Chiesa di S. Silvestro col villaggio di Baida in una coi fondi, e coltivatori, che ad esso villaggio appartenevano; e per le decime, che di Corleone le provenivano, procurando, che il Vescovo di Agrigento cedesse a quello di Palermo la giurisdizione spirituale, e le de-

cime,

decumæ, quarum in castris Kalches, & Brucati Agrigentina Ecclesia potiebatur; ita ut dominio, quod, uti docuimus, Ecclesia Panormitana Brucati habebat, sacra jura aggregarentur. Nec Agrigentinum Sacerdotium sine compensatione relictum. Impertitum ei de reditibus Regiis, qui Agrigenti exigebantur, quantum ex cessis decumis reportabat, nempe frumenti medimni bis mille quadringenti duodecim, hordei mille quadringenti viginti duo, & tareni (a), ut vocabantur, aurei mille ducenti quinquaginta novem, quanti pretium decumarum vini, arietum, agnorum, porcellorum, & equulorum supputatum fuit.

cime, che la Chiesa Agrigentina possedea ne' Castelli di Kalches, e di Brocato per modo, che al dominio, che, come dicevamo, avea di Brocato la Chiesa Palermitana, venne ad aggiungersi la giurisdizione sacra. Nè il Vescovado d' Agrigento fu senza compensagione lasciato. Gli fu delle rendite Reali d' Agrigento compartito lo equivalente alle cedute decime, vale a dire di formento dugento sessantotto salme, d' orzo cencinquantotto, e tarì d' oro (a), come chiamavansi, mille dugento cinquantanove, quanto il prezzo delle decime del vino, de' montoni, degli agnelli, di' porcelli, e de' puledri fu computato.

Anno 1179.

Dum aliis farciuntur damna, ex donationibus, Mon-

Mentre che altrui si ristorano le perdite cagionate dalle

(a) Tarenus aureus idem valebat, quod noster tarenus argenteus. Dicebatur aureus, quia tunc temporis auro constabat. Vide Gloss. Cangii verbo *tarenus*.

(a) *Il tarì d' oro era del medesimo valore del nostro d' argento. Dicevasi d' oro, perchè in quel tempo d' oro costava. Veggasi il Cangio nel Glossario alla parola* tarenus.

Monregalensi Cœnobio factis, illata, idem novis cumulatur bonis, novisque juribus. Quum in Regiam recidisset ditionem Battalarii castrum, quod erat Goffridi Battalarii, Guilelmus illud cum ejusdem agro, ac colonis, in Cœnobium Monregalense transtulit per literas, quas etiam, ut superiore anno actum fuerat, in sacro anniversario Deiparæ in Cœlum assumptæ, Montemregalem adiens, super altare obtulit. Solemne hoc ipsum prope quotannis piissimo Principi fuit, agitare scilicet, colereque hoc festum, donando aliquid vel templo, vel Monasterio Monregalensi, instrumentumque donationis super aram per semet offerendo. Cæterum, quoniam Battalarii castrum terminis Agrigentinæ Diœceseos continebatur, detrimentum decumarum, quod Agrigentinorum Pontifex inde faciebat, Rex aliis proventibus ex suo datis pensavit. Per idem tempus Cœnobia Servatori in Brutiis, & Divo Joanni in urbe Rhegii sacra, quæ suis in prædiis fun-

le donazioni fatte al Monistero di Monreale, al medesimo nuovi beni, e nuovi diritti si aggiungono. Essendo al Regio dominio scaduto il Castello di Battalario, ch' era di Goffredo Battalario, il Re quello col suo tenere, e coloni attribuì al Monistero di Monreale per diploma, che similmente, come fatto avea l' anno prossimamente passato, nel giorno sacro alla Madre di Dio in Cielo assunta, venendo a Monreale, sull' ara offerse. Era solito quasi ogn' anno il piissimo Principe di solennizzare, e venerare questa festa, recando qualche cosa o al Tempio, o al Monistero di Monreale in dono, e l' instrumento della donazione sull' altare per se stesso offerendo. Ma, perchè il castello di Battalario nel distretto contenevasi della Diocesi di Agrigento, il Re ristorò a quel Vescovo il danno delle decime, che ne veniva a patire, con altre rendite a lui del suo assegnate. Intorno allo stesso tempo i Monisteri del Salvatore in Calabria, e nella Città di Reggio quello di S. Giovanni, i quali nelle sue possessioni fondati avea Giovanni Calomeno,

Re-

fundarat, Joannes Calomenus, Quæstor, sese Monregalensis Cœnobii potestati subjiciunt, hisque legibus astringunt, ut sui Antistites a Monregalensi Antistite inaugurarentur; ut iidem singulis annis in solemnitate ascensus Virginis ad Superos Montemregalem sese conferentes unam auri unciam tributi nomine penderent; ut ad Monregalensem Synodum convenirent; ut eorum causæ ab Antistite Monregalensi cognoscerentur, culpæque corrigerentur.

Regio Camerlingo, si suggettano con queste leggi al Monistero di Monreale, che i loro Abati dall' Abate di Monreale si consacrassero; che i medesimi ogni anno nella festività della salita di nostra Donna al Cielo a Monreale recandosi in tributo un' oncia d' oro pagassero; che convenissero al Sinodo Monrealese; e finalmente che dall' Abate di Monreale le cause loro si facessero, e si punissero i delitti.

Eo Saracenorum processerat improbitas, ut Christianorum mulieres, puerosque surriperent; eisque inferrent turpitudinem; ac quosdam etiam interficerent. Quo huic pesti obviam iretur, Rex operæ pretium duxit hujusmodi maleficiorum cognitionem, punitionemque Episcopis committere. Eo factum est, ut veritus Panormitanorum Pontifex, ne ab mansuetudine, quæ sacros imprimis decet homines, tales quæstiones alienæ essent, Pontificem Maximum, num illas

Era la malvagità de' Saracini tant' oltre arrivata, che nascosamente le donne, e i fanciulli de' Cristiani rapivano, e quelle, e questi viziavano, e ad alcuni davano anche la morte. Per riparare a questo gran male, stimò il Re pregio dell' opera commettere a' Vescovi di sì fatte niquità il giudicio, e la punizione. Onde addivenne, che l' Arcivescovo di Palermo temendo, non questi giudizj opposti fussero, e disdicevoli a quella mansuetudine, propria delle persone sacre, consultò il Papa, se lecito fosse l' esercitarli.

illas Episcopis exercere liceret, consuluerit. Qui rescripsit, hujus generis flagitia ab Episcopis pecuniariis tantum pœnis plecti posso, aut ad summum flagellis, modo flagella sanguinem non exprimerent; animadversioni vero Regiæ potestatis reservanda, si adeo gravia essent, ut mortem, vel membrorum mutilationem mererentur (a). Alii non minus exitioso humanæ societati malo, usuræ nempe, medicinam facere Guilelmus curavit. Fœneratores enim furibus pejores merito ponuntur; quippe qui

li. Il quale rescrisse, che tali brutture, e sceleraggini punir si potevano da' Vescovi con pene soltanto pecuniarie, ed anche con battiture, purchè non si dessero a sangue, essendo da riserbarsi alla condannagione della Regia podestà, se così gravi fossero, che morte, o recision di membri richiedessero (a). Ad un altro male, non meno all' umana società dannoso, vale a dire all' usura, procurò Guglielmo di metter freno, e riparo. Conciossiacchè gli usurieri sono de' rubatori più tristi a buona equità riputati, come coloro, che cercano di trarre gua-

(a) Hoc Pontificum rescriptum habetur in collectione Decretalium sub tit. *de raptoribus, incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum* cap. 4. in hanc expressum sententiam: *Alexander III. Panormitano Archiepiscopo. In Archiepiscopatu tuo, quandoque Saraceni mulieres Christianas, & pueros rapiunt, & eis abuti præsumunt, & quosdam etiam interdum occidere non verentur. Cum autem excessus hujusmodi Rex Siciliæ tibi, & aliis Episcopis commiserit puniendos, consultationi tuæ respondemus, quod reos in jurisdictione tua existentes pecuniaria poteris pœna mulctare, & etiam flagellis afficere, ea moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero tam fuerit gravis excessus, quod mortem, vel detruncationem membrorum debeant sustinere, vindictam reserves Regiæ potestati.*

(a) *Questo Pontificio rescritto è nella raccolta de' Decretali sotto il titolo de* raptoribus, incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum *al capo 4. di questo tenore.* Alessandro III. all' Arcivescovo di Palermo. Nel tuo Arcivescovado, qualora i Saraceni le donne, e i fanciulli Cristiani rapiscono, e presumono di servirsene malamente, e qualche volta anche non han ribrezzo d' ucciderne alcuni, avendo il Re di Sicilia a te, e agli altri Vescovi la punizione di sì fatti eccessi commessa, rispondiamo alla tua consulta, che cotesti rei, esistenti nella tua giurisdizione, tu possa con pene pecuniarie gastigare, ed anche co' flagelli con tal moderazione però, che non apparisca la flagellazione passare in pena di sangue. Se poi sì grave fosse stato l' eccesso, che pare dovessero morte, o troncamento di membri, riserbalo alla vendetta della Regia podestà.

qui lucrum captant de alienis, vel ærumnis, vel vitiis, luxu scilicet, intemperantia, effusione, segnitie; ipsique inertes, & reipublicæ inutiles, ex alieno labore se sustentant, ditescuntque, fructum ex infructuosa re, quod est nummus, mercedemque ex contractu suapte natura gratuito, mutuo nimirum, percipiendo. Usura nunquam divinis, humanisque non damnata legibus, jugulata recens fuerat in Concilio Lateranensi ab Alexandro, ut ante dictum est, habito, non una, aut altera in fœneratores gravi sancita pœna. Hinc factum est, ut Guilelmus legem tulerit, qua quæstiones, quæ de usuris ad suam deinceps adducerentur Curiam, ex hujus Concilii decreto definiendas præscripsit (a). Hocce Concilii decreto, lege-

*guadagno dalle miserie, o da' vizj altrui, cioè dal lusso, dall' intemperanza, dalla prodigalità, dalla infingardaggine; ed essi oziosi, e alla repubblica inutili, coll' altrui fatiche sostentansi, ed arricchiscono, da cosa infruttifera, come è il danajo, frutto cogliendo, e mercede da contratto di sua natura gratuito, qual' è il prestito, riscuotendo. L' usura, stata mai sempre dalle umane, e divine leggi condannata, era stata recentemente sconfitta nel Concilio Lateranese, da Alessandro, come si è detto, tenuto, con più e più pene contra i prestatori decretate. Quindi avvenne, che Guglielmo una legge fece, che i piati d' usure, i quali soffero alla sua Curia portati, secondo il decreto di esso Concilio si giudicassero, e diffinissero (a). Questo decreto del Concilio, e la legge di Gugliel-*mo

(a) Hæc lex nostri Guilelmi exstat in collectione Constitutionum Regni lib. 1. tit. 6. *de Usurariis puniendis*. Adscribebatur Ruggerio, vel Guilelmo I., sed falso, ut primum Andreas Isernia, postea auctor Historiæ Civilis Regni Neapolis tom. 3. lib. 13. animadverterunt.

(a) *Questa legge del nostro Guglielmo è nella raccolta delle Costituzioni del Regno nel lib. 1. tit. 6.* de Usurariis puniendis. *Attribuivasi a Ruggero, o a Guglielmo Primo, ma senza ragione, come primieramente Andrea Isernia, da poi l' Autore della Storia Civile del Regno di Napoli nel tom. 3. lib. 13. osservarono.*

geque Guilelmi contra fœneratores promulgatis, quum dubitatio exorta fuisset, num fœneris turpitudo quibus simulationibus, falsisque rationibus quasi velis non obtenditur? num permitti posset dari pecuniam fœnori, quo paupercs captivi a Saracenis redimerentur, Pontifex Maximus ab Panormitanorum Pontifice de hoc iitidem dubio requisitus respondit, si quidem pro cujuscunque servanda vita mentiri non liceret, multo minus fas esse pro aliquo in libertatem vindicando exercere usuram (a). Regnante Guilelmo judicia in Sicilia iis in causis, de quibus nil in patriis, a Normannis Principibus latis, legibus præscriptum erat, exigebantur ad leges Romanas; quarum

mo contra gli usurieri promulgate, essendo insorto dubbio (imperciocchè la deformità dell' usura con quali simulazioni, e false ragioni, come con veli, di coprir non si cerca?) se lecito fosse il dar danajo ad usura, per redimere i poveri schiavi dal barbarico giogo de' Saracini, il Papa richiesto anche di ciò dall' Arcivescovo di Palermo rispose, che, siccome, per salvare a chiunque la vita, lecito non sarebbe mentire, così molto meno, per ridonare ad alcuno la libertà, era permesso usureggiare (a). Sotto il Regno di Guglielmo i giudizj, che in Sicilia facevansi, in quelle cause, nelle quali mancavano le patrie leggi, stabilite da' Principi Normanni, regolavansi secondo le leggi Romane; delle quali i codici novellamente cranti ritrovati,

(a) Liber quintus Decretalium tit. 19. *de usuris* cap. 4. habet hoc Alexandri responsum in hanc sententiam conceptum: *Respondemus, quod cum usurarum crimen utriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus, quia cum Scriptura sacra prohibet pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captivi usurarum crimine involvatur.*

(a) *Nel lib. 5 de' Decretali al tit. 19. de usure al cap. 4. v' ha questa risposta d' Alessandro del seguente tenore* letteralmente, che detestandosi il delitto dell' usure nelle sacre pagine dell' uno, e l' altro testamento, non veggiamo, come questo possa porsi in dispensa; perchè se la Scrittura sacra vieta il mentire per l' altrui vita, molto più egli è da vietarsi, che altri anche per redimere la vita del cattivo s' involga nel delitto dell' usure.

tum codices nuper reperti fuerant; quæque in Academiis explicari cœperant: & in regionibus trans fretum, in queis imperium Longobardi tenuere, horum quoque leges adhuc valebant; & secundum eas judicia reddebantur, ut apparet ex actis causæ, a diligenti scriptore Pellegrino in lucem editis, pro quodam aquæ cursu Suessanos inter, & Episcopum, civesque Teani, per hæc tempora agitatæ. Sub Guilelmi item Regno Fridericus I. Imperator eamdem legem de jure, quod græcè [illegible], latine prælationis diceres, in Occidente tulit, quam in Oriente Romanus Imperator constituerat, quo jure prædium, cujus proprietatem, vel usumfructum quis pretio commutarit, si sanguine, vicinitateve conjunctus id sibi comparare vellet, huic, alienis amotis, adjudicandum est. Hæc constitutio non auctoritate legislatoris, quandoquidem Fridericus I. Imperator nihil unquam habuit in Sicilia juris, & Romani tempore ea jam sub Saracenorum ditionem ce-

ti, e incominciati già nelle pubbliche Accademie ad esporsi, e dilucidarsi; e nelle contrade di là dello stretto, nelle quali dominarono i Longobardi, parimente le leggi loro avean vigore, e secondo queste rendevansi i giudizj, come appare chiaramente dagli atti della causa, per un certo corso d' acqua intorno a questi tempi agitata tra quelli di Sessa, e il Vescovo, e i cittadini di Teano: i quali atti l' accuratissimo scrittore Pellegrino mise in luce. Regnante ancora Guglielmo l' Imperador Federigo I. fece nell' Occidente quella stessa legge del diritto, che i Greci [illegible], *e noi alla latina di prelazione diremmo, che in Oriente avea già l' Imperador Romano stabilita; pel qual diritto, se il consanguineo, o il vicino amasse di fare acquisto del predio, la cui proprietà, o usufrutto abbia taluno alienato, debba, esclusi gli estranei, ei conseguirlo. Questa costituzione non per autorità del leggislatore, poichè Federigo I. Imperadore niun diritto ebbe giammai in Sicilia, e in tempo di Romano ella era già in balìa de' Saracini caduta; ma solamente*

ceciderat; sed tantum usu, & rei æquitate vim apud nos legis obtinuit,

per consuetudine, e per l'equità della cosa appo noi ha forza di legge ottenuta.

Anno 1180.

Ab exactis Saracenis ad hoc usque tempus perpetuum Regibus nostris bellum cum Marrochii Regibus intercesserat, ea tempestate potentissimis, quippequi toti Africæ oræ, quæ a mediterraneo mari alluitur, simulque Saracenis in Hispania imperitabant. Quo sub Gulelmi nostri Regno undique quies esset, fors tulit, ut cum eo, qui tum Marrochii dominabatur, utilis conciliata fuerit concordia. Gulelmus validam ad tentandam minorem Balearem, quæ sub Regis Marrochii ditione erat, ductu Gualterii Moacensis classem miserat. Hæc classis, quum in Vado Sabatio, qui est in ora Liguriæ portus, hibernasset, ad Insulam aggrediendam eodem faciebat tempore vela, quo Marrochii Regis filia, alteri Saraceno Regi nuptum collocata, ad sponsum navigabat. Navis, quæ eam ad-

Dopo la espulsione de' Saracini continua guerra stata era fra i nostri Re, e i Re di Marocco, in quel tempo potentissimi, come quegli, che a tutta la spiaggia dell'Africa, cui bagna il mar mediterraneo, ed anche a' Saracini nella Spagna signoreggiavano. Ma, acciocchè sotto il Regno del nostro Guglielmo fussero per ogni dove le cose tranquille, la fortuna dispose, che ancor con colui, che allora in Marocco regnava, si venisse a vantaggiosa concordia. Guglielmo a tentar Minorca, ch'era al dominio soggetta del Re di Marocco, spedito avea poderosa flotta sotto la condotta di Gualtieri Moacense. Questa flotta, essendo svernata in Vado, porto in riviera di Genova, ad assalir l'Isola veleggiava nel tempo medesimo, che la figliuola del Re di Marocco, data in isposa ad un altro Re Saracino, per mare n'andava a marito. La nave, che la trasportava, essendosi ab-

advehebat, in Siculam quum incidisset classem, in ejus venit potestatem; captivaque Regia puella in Siciliam adducta fuit. Hinc effectum, ut Pater, quo ab captivitate gnatam liberaret, non solum inducias cum Rege nostro in decem annos inire necesse habuerit, verum etiam eidem restituere Aphrodysium urbem, alteramque, quarum, uti priore libro commemoratum fuit, Gayti Petri perfidia priscus Guilelmus jacturam fecerat. Quod de induciis inter Guilelmum, & Marrochii Regem compositis exposuimus, habetur in chronographia Sigeberti Gemblacensis illius ævi scriptoris (a). Quidam recentiores, nulla auctoritate, nullaque verisimilitudine freti, rem aliter narrant: tradunt enim Guilelmum non per alium ducem, sed per se ipsum in Africam bellum attulisse, ut, quæ ibi pater amiserat, recuperaret; manum cum Saracenis stre-

abbattuta nella flotta Siciliana, fu da quella presa, e la Real donzella cattiva in Sicilia condotta. Quindi avvenne, che il padre per liberare di cattività la figliuola, non solamente fu costretto a fermar tregua per dieci anni col Re nostro, ma ancora a restituirgli Mandia, e l' altra città, le quali, come nel primo libro rammentammo, per la perfidia di Gaito Pietro Guglielmo I. avea perdute. Quanto della tregua fermata fra il Re Guglielmo, e il Re di Marocco esposto abbiamo, ritrovasi nelle cronache di Sigeberto di Gemblours scrittore di quel secolo (a). Alcuni più recenti, a niuna autorità, e verisimighanza appoggiati, narrano diversamente la cosa: imperocchè riferiscono, aver Guglielmo da per se stesso portata la guerra in Africa per racquistare quanto avea quivi il suo padre perduto; e venuto valorosamente co' Saracini alle mani, averli così rotti, e sconfitti, che precipitosamente

(a) In annal. Muratori ad ann. 1180., & in Carusii Bibliotheca Sicula tom. 2. 952.

(a) *Veggansi gli annali del Muratori all' anno 1180. e la Biblioteca Sicula dell' Ab. Caruso tom. 2. 952.*

strenue conservisse; eosque sic profligasse, ut effusi in fugam castra victori diripienda reliquerint; quumque in castris esset Regis Marrochii filia, eam captivam factam non alio pretio a genitore redimi potuisse, quam Aphrodisio urbe Guilelmo restituta. Nec desunt, qui ad fidem propius scribunt, aliquot Africæ populis, a Marrochii Rege deficientibus, Guilelmum, quo vires Saracenorum Africæ intestinis motibus, discordiisque attererentur, opem suis armis tulisse tanto barbari Principis malo, ut cum Rege nostro pacem quocumque pacto facere coactus fuerit. Sed, ut ut Historici de caussa pacis Guilelmum inter, & Saracenos Africæ initæ, dissentiant, de pace ipsa inter omnes convenit: sicut & illud constat a Saracenis, quorum, uti docuimus, in Sicilia magnus supererat numerus, nihil sub Guilelmi nostri imperio, ne per id quidem temporis, quo bellum cum suis in Africa exarsit, unquam turbatum; quamvis cum

eis

te fuggendo lasciarono il campo in preda al vincitore; dove essendosi trovata la figliuola del Re, e fatta prigioniera, non con altro prezzo aver potuto il padre di lei riscattarla, se non se con restituire a Guglielmo la città di Mandia. Nè mancanvi di quelli, i quali più al vero approssimandosi scrivono, ad alcuni popoli, che ribellati si erano dal Re di Marocco, Guglielmo, affinchè le forze de' Saracini di Africa dalle intestine rivoluzioni, e discordie logorate venissero, aver recato coll'armi sue soccorso con tanto danno del barbaro Principe, che fu costretto di fare col Re nostro a qualunque patto la pace. Ma, comunque gli Storici discordi siano intorno alla cagione di questa pace, conchiusa fra Guglielmo, e i Saracini, tutti però in quanto alla sostanza del fatto convengono: come del pari è costante, che i Saracini, de' quali, secondochè dianzi si è detto, rimaso era in Sicilia gran numero, mossa non abbiano giammai sotto il Regno di Guglielmo turbolenza alcuna, nè pure durante la guerra coi

suoi,

eis haud actum esset remissе; interque ipsos existerent, qui opibus, vel etiam qui ingenii cultu florerent, ut fuit inter alios Zeferus ille, qui per hoc tempus edidit de consolatione librum, deinde in versus redactum, atque a Persis in suam translatum linguam. Is in Sicilia ortus, diuque versatus, postremum in Syriam migravit; ibique vitam finivit.

Cessit quoque letho sub idem tempus Theobaldus, primus Cœnobii Monregalensis Abbas, in cujus locum suffectus fuit Guilelmus, unus ex Monachis, qui ex Cavensi Monasterio in Monregalense transmigrarant; quique primus ejusdem Prior, ut dicitur, delectus fuerat. Alia bona, aliaque jura sub hujus Antistitis regimine ex Regia beneficentia Cœnobio Monregalensi obvenere, Brundisii nempe Sancti Spiritus fanum; apud Lucanos Monasterium Divi Eliæ Montis Carbonis; in Bruttiis

suoi, che in Africa dominavano; ancorchè non sieno stati con indulgenza trattati; e fra i medesimi di quelli ve n'avesse, che per ricchezze, ed anche per cultura d'ingegno da molto fussero, come fu fra gli altri quel Zefero, il quale in questo tempo diede alla luce il celebre libro della consolazione, dappoi in versi ridotto, e da' Persiani nel patrio idioma traslatato. Questi in Sicilia nato, e lungamente dimoratovi, passato finalmente in Soria, quivi finì di vivere.

Morì similmente nello stesso tempo Teobaldo, primo Abate del Monistero di Monreale, cui fu surrogato Guglielmo uno de' Monaci, i quali in questo Monistero da quello della Cava eran venuti ad abitare, e primo Priore del medesimo. Altri beni, ed altre giurisdizioni sotto il reggimento di questo Abate dalla Real beneficenza largiti furono al Monistero di Monreale, cioè in Brindisi la Chiesa dello Spirito Santo; in Basilicata il Monistero di S. Elia di Monte Carbone; in Calabria la Chiesa di S. Nicolò detto del Campo con tutte

tiis fanum Sancti Nicolai de Campo dicti, cum omnibus eorum possessionibus, eademque sacra & civili jurisdictione, cujus in aliis suis fundis potiebatur; Messanæ fanum sancti Sepulchri; Panormi ædes quondam Silvestri Comitis Marsici prope fanum Divæ Mariæ de Admirato appellatæ cum sacello, furno, hortis, prædiisque, ad ipsas ædes pertinentibus (a); itemque

te le loro possessioni, e colla stessa sacra, e civil podestà, che godea negli altri suoi fondi; in Messina la Chiesa di santo Sepolcro; in Palermo la casa del già Silvestro Conte di Marsico presso la Chiesa di Santa Maria, detta dell' Ammiraglio, colla cappella, col forno, cogli orti, e coi predj alla medesima casa appartenenti (a); e la vigna di Maestro Pietro dipintore presso il fonte Cribello. In ol-

(a) Sacellum, de quo hic fit mentio, Divo Cataldo sacrum, conditum fuit intra suas ædes a Silvestro Comite Marsici, Rogerii Comitis nepote. Hæ sane ædes simul cum sacello donatæ fuerunt Monasterio Montregalensi, & ad hoc tempus ab Ecclesia Montregalensi possidentur, utrique ejusdem, & sacri, & civilis juris, ac extera ipsius prædia, sunt, ut declarant antiqui versus super majorem ædium januam inscripti, qui sic habent:

Mænibus ipsa licet fuerim fundata Panormi,
Regalis Montis debita jure tale.

Non est alienum hic exscribere ipsum documentum, nuper nostra cura ex tabulario Panormitani Senatus extractum, quo confirmatur jurisdictio, quam Ecclesia Montregalensis in ædea Divi Cataldi habet.

Die vigesimo Augusti.

Cum Ecclesia Sancti Cataldi cum suo plano ante Curiam Prætoriam felicis Urbis Panormi fuerit, & sit de jurisdictione Reverendi Domini Archiepiscopi Montis Regalis ex antiquo privilegio, & tenuta possessione ipsius Domini Archiepiscopi, in quo ire solebat, & solitum fuit Curiam

(a) La cappella, di cui qui si fa menzione, a S. Cataldo dedicata, fu entro la sua casa fabbricata da Silvestro Conte di Marsico nipote del Conte Ruggero. Questa casa insieme colla chiesetta donata fu al Monistero di Monreale, e tuttora dalla Chiesa Monrealese possedesi, ed è sotto la sua civile, e sacra giurisdizione del pari, che gli altri suoi fondi, come chiara testimonianza ne fanno gli antichi versi scritti sopra la porta maggiore della casa in questa sentenza:

Bench' io sia stata entro Palermo eretta,
Sono per dritto a Monreal soggetta.

Non è fuor di proposito qui trascrivere l' antico documento recentemente per nostra cura estratto dall' archivio del Senato di Palermo, onde conservasi la giurisdizione, che ha la Chiesa di Monreale nella casa di S. Cataldo.

Addì 20. d' Agosto.

Conciossiachè la Chiesa di San Cataldo col suo piano dinanzi alla Corte Pretoriana della felice Città di Palermo sia stata, e sia di giurisdizione del Rev. Signor Arcivescovo di Monreale per antico privilegio, e mantenuto possesso del medesimo Signor Arcivescovo, nel qual luogo soleva, e

suam fu

que vineæ Magistri Petri pictoris prope fontem Cribellum. Ad hæc, quum a Petro Indulso dono accepisset fanum Divi Martini una cum omnibus possessionibus, quæ ditionis ejus erant, hanc donationem Rex confirmavit, ratamque habuit. Indulsit quoque, ut cum

oltre essendogli stata donata da Pietro Indulso la Chiesa di San Martino insieme con tutte le possessioni, ch' avea in signoria, il Re approvò cotesta donazione, e ratificolla. Concedette ancora, che sì i Monaci, che i famigli del Monistero, e i suoi giumenti, qualora avvenisse di tra-

---

suam regere antiquis temporibus, noviissime aliqui in plano prædicto fueruut a nonnullis lapides fodiri, & trovati, atque extracti, putantes fuisse de jurisdictione universitatis; propter quod Franciscus Aloysius de Panormo Cappellanus dictæ Ecclesiæ, & procurator ad hæc dicti Domini Archiepiscopi, comparuerit coram nobilibus Dominis Juratis, & exposuerit, quod dicti lapides non poterant fodi, neque capi in præjudicium dictæ Ecclesiæ Sancti Cataldi, & dicti Domini Archiepiscopi, ipsisque Officialibus ostendit privilegium, & donationem dictæ Ecclesiæ, propter quod prædicti Domini Jurati videntes tam ex privilegio, & concessione prædictis, quam etiam, quia locus ipse videbatur publicus prima facie, mandaverunt, quod non foderentur lapides, immo fossatum impleretur, & clauderetur, & lapides extracti consignarentur dictæ Ecclesiæ Sancti Cataldi. Unde &c. ad cautelam possessorum facta est præsens declaratio, redacta in actis Curiæ ipsorum Dominorum Juratorum die vigesimanona Augusti xi. Indictionis ex libro anni 11. Indict. 1447 & 1448 existente in Off. Ill. R. M. N. Excellentissimi Senatus hujus felicis, & fidelissimæ Urbis Panormi extracta est præsens copia. Collatione salva. D. Carolus Filippone Promag. Not. Scrista de Officio.

fu solito di tenere ragione, e reggere anticamente la sua Corte, poco fa da alcuni nell' accennato piano erano state scavate alquante pietre, e trovate, ed estratte, pensando, che fossero in luogo appartenente alla giurisdizione del comune. Perciocchè Francesco Aloisio di Palermo Cappellano della Chiesa suddetta, e special procuratore in ciò del prefato Sig. Arcivescovo, e comparso innanzi a' nobili Sig. Giurati rappresentando, che quelle pietre scavar non si poteano, nè prendersi in pregiudicio della mentovata Chiesa di S. Cataldo, e del Sig. Arcivescovo, e agli stessi Officiali ha fatto vedere il privilegio, e la donazione, che fu fatta all' anzidetta Chiesa: qu'indi è, che i medesimi Signori Giurati chiari tanto dal privilegio, e dalla concessione predetta, quanto ancora dal luogo stesso, che al primo aspetto pubblico pareva, ordinarono, che non si scavassero pietre, anzi si riempisse il fosso, e si chiudesse, e le pietre ritratte si consegnassero alla detta Chiesa di S. Cataldo. Onde ecc. a cautela de' possessori si è fatta la presente dichiarazione ridotta in atti della Corte degli stessi Sig. Giurati addì 29. d' Agosto xi. Indizione. La presente copia si è estratta dal libro dell' anno dell' Indizione xi. 1447. e 1448 esistente nell' Offizio dell' Illustre Regio Maestro Notajo dell' Eccmo Senato di questa felice, e fedelissima Città di Palermo. D. Carlo Filippone Promaestro Notajo. Scessa per Officio. Salvo il confronto.

cum Monachi, tum Monasterii famuli, ejusdemque jumenta, ubi Pharum transmittere contigisset, libere, ac sine aliqua portorii præstatione transfretarent. Et, ne fines possessionum, Cœnobio attributarum, unquam confunderentur, turbarenturque; neve de iis lis aliqua, disceptatioque exoriretur, eos accurate descriptos, ac distinctos, Regio diplomate latine, græce, & arabice, quæ erant linguæ tum apud nostros in usu (a), scripto consignari; atque in aliis diplomatibus, græce, & arabice exaratis, omnes colonos, villanos appellatos, quos Monasterio una cum prædiis addixerat, nominatim describi mandavit. Nec ejus liberalitas in uno continebatur Monregalensi Cœnobio locupletando: namque hoc eodem tempore Messanense Cœnobium, Servatori dicatum, Tucchio in

tragittare il Faro, liberamente e senza pagar nolo lo stretto passassero. Ed, acciocchè i termini delle tenute date al Monistero non si confondessero, o turbassero giammai, nè sopra quelli litigio alcuno insorgesse, volle, che accuratamente stabiliti, e distinti, si ponessero in iscritto in Real diploma in tutte e tre le lingue latina, greca, ed araba, le quali allora in uso erano appo i nostri (a); e comandò, che in altri diplomi greci, ed arabi a nome per nome si descrivessero i coltivatori, che villani chiamavansi, i quali avea al Monistero in un co' poderi assegnati. Nè la sua liberalità trattenevasi nel solo confine di arricchire il Monistero di Monreale; stantechè in questo tempo donò al Monistero del Salvatore di Messina Tucchio, castello nella Calabria, ed insieme la facoltà d' esercitarvi giurisdizione: e col suo esempio altri

(a) Adeo cognita apud nostros arabica lingua tunc temporis erat, ut numismata in Sicilia ea tempestate percussa, inscriptiones hac quoque lingua expressas præferant.

(a) *Era così nota appresso i nostri in quel tempo la lingua araba, che le monete allora in Sicilia coniate recavano le iscrizioni espresse anche in questa lingua.*

in Brutiis oppido, simulque jus in eodem dicendi potestate donavit: suoque exemplo alios, ut usu venit, ad similia Religionis excitabat opera. Tancredus enim, Aletii Comes, ejus patruelis, in sui erga Deum grati animi monumentum, quod exiin gratiam, ut narravimus, & avi materni hæreditatem obtinueret, per hoc ipsum temporis nobilissimum excitavit in Aletio urbe templum, Divis Nicolao, & Cataldo sacrum; quod ample dotatum alumnorum quoque Benedictinæ familiæ curæ, cultuique tradidit.

tri, come addiviene, a somiglianti opere pie eccitava. Imperocchè Tancredi Conte di Lecce suo cugino in testimonio di sua riconoscenza verso Domeneddio per aver conseguita la grazia dell' esilio, come narrato abbiamo, e la eredità dell' avo materno, intorno a questo stesso tempo nella città di Lecce eresse un nobilissimo tempio, consecrato a' Santi Niccolò, e Cataldo; il qual tempio largamente dotato diede altresì in custodia, e cura ai Monaci dell' ordine di S. Benedetto.

Anno 1181.

Reditum interea a Saladino ad inceptum Hierosolymitani Regni occupandi; parumque aberat, ut illud a Christianis amitteretur; adeo propositum Barbarus urgebat; nec Hierosolymitanus Rex obniti contra sufficiebat. Quamobrem Alexander Pontifex maximus nihil prætermisit, ut ad ferendam Christianis illis, con-so-

In questo mezzo ritornasi dal Saladino al disegno di occupare il Regno di Gerusalemme; e poco lontana ne appariva la perdita; tanto se ne incalzava dal Barbaro la impresa; nè il Re di Gerusalemme bastava a farghi resistenza. Per la qual cosa il Papa Alessandro impiegò tutta l' opera sua per eccitare i Principi Cristiani a porgere con-

sociatis viribus, opem Christianos Principes excitaret. Et jam ad hanc piam expeditionem, coactis magnis copiis, se se in primis compararant Henricus III. Rex Britannorum, qui Henrico II., Philippus Gallorum Rex, qui Ludovico patri per hocce tempus successerant, & Gulielmus noster; isque eo ardentiore studio, quo opus prope suum in Regno Hierosolymitano tutando conservaturus sibi videbatur; quandoquidem, quod illud adhuc staret, ipse suis in Saladinum illatis armis potissimum effecerat, & quo suæ ditionis regiones & propinquitate, & portuum opportunitate, & frugum copia, erant præ cæteris ad hujusmodi expeditiones appositæ. Hos sacri belli apparatus Alexandrum maturantem, Landone, atque ejus paucis asseclis repressis, vita destituit vicesimo secundo Pontificatus sui anno. Cardinales, apud Velitras comitiis habitis, biduo ab ejus morte in ipsius locum Ubaldum Episcopum Ostiensem, virum ætate, æque ac prudentia gra-

con forze unite a que' Cristiani soccorso. E già a questa santa spedizione, raccolte grandi forze, eransi apparecchiati Enrico III. Re d'Inghilterra, e Filippo Re di Francia succeduti in questi tempi l'uno ad Enrico II., e l'altro a Lodovico suo padre, e il nostro Guglielmo: e questi con tanto maggiore studio, in quanto che di sostener sembravagli un' opera quasi sua propria, il Reame di Gerusalemme sostenendo; poichè, coll' aver portate le sue armi contra Saladino, egli era stato la principale cagione, che quello tuttora in piede si mantenesse; e in quanto che i paesi di suo dominio più d'ogni altro e per la vicinanza, e per l'opportunità de' porti, e per la copia delle vettovaglie adatti a sì fatte spedizioni erano, ed acconci. Mentrechè Alessandro l'apparecchio di questa sacra guerra sollecitava, dopo avere Landone, e i suoi pochi seguaci repressi, fu dalla morte sopraggiunto nell' anno ventesimo secondo del suo Pontificato. I Cardinali, tenuto in Veletri il conclave due giorni dopo la morte di lui, in suo luogo elessero Ubal-

gravem sublegerunt: cui, ut erat patria Lucensis, Lucium III. se se appellari placuit. Per idem tempus e vita quoque migravit Manuel Comnenus Græcorum Imperator octavo & tricesimo ætatis suæ anno, cui sub tutela Mariæ matris Latinæ generis, utpote ex Raymundo Antiochiæ Principe progenitæ, successit Alexius filius, duodecim circiter natus annos.

Ubaldo Vescovo d'Ostia, uomo grave non meno per età, che per senno: cui, siccome di Lucca era, Lucio III. piacque esser nominato. Nel medesimo tempo si morì altresì Manuele Comneno Imperador de' Greci nel trentesimo ottavo anno di sua età; cui succedette sotto la tutela di Maria sua madre di schiatta Latina, come quella, che nata era da Raimondo Principe di Antiochia, il figliuolo Alessio, che presso a' dodici anni aggiungea.

Mortem itidem oppetiit Romualdus Salernitanorum Archiepiscopus, sublecto in ejus locum Nicolao, Matthæi Notarii filio. Quum Rex trans Pharum provincias invisere animum induxisset, Messanam processit; quo missi ab communi sani Divi Germani immunitatis aliquid oratum nequicquam ei occurrerunt; propterea quod ipsorum postulata Cœnobii Casinensis juribus adversabantur. Messanâ fretum transgressus, emensusque Calabriam, Campaniamque, Casinense Monasterium religionis ergo adiit; ubi in Lucii Pontificis

Finì di vivere ancora Romualdo Arcivescovo di Salerno, sostituito in suo luogo Niccolò figliuolo di Matteo Notaro. Per vaghezza di visitare le provincie di là del Faro vassene il Re a Messina, dove gli Oratori mandati dal comune di San Germano per qualche immunità impetrare, indarno gli si fecero incontro; perciocchè le domande loro erano a' diritti del Monistero di Monte Casino contrarie. Varcato a Messina lo stretto, trapassata la Calabria, e la Campania, si portò per divozione a visitare il Monistero di Monte Casino; dove si abboccò con Lucio Papa, colà

cis maximi, qui Velitris hac de causa eodem erat progressus, colloquium venit; indeque post bidui moram, fanum Divi Germani, Capuamque repetens, se se Panormum retulit. Hic, Messanensium precibus benigne annuens, documenta, vetustate pene erosa, beneficiorum ac decorum, quæ in Messanam urbem Romana Respublica quondam contulerat, ne eorum deperiret memoria, transcribi, atque in publica referri acta permisit (*a*): honorificeque accepto Benincasa, VIII, Cavensis Cœnobii Antistite, spectatæ sanctitatis viro, privilegia eidem Cœnobio concessa confirmavit. Benincasa in Siciliam venerat, ut suos inviseret Monachos, qui Montemregalem transmigraverant;apud quos cum ingenti eorum gaudio aliquandiu diversatus, lustratisque Maniacensi, aliisque Benedictinæ familiæ domicilis, lætus, quod in eis Monasticam florere discipli-nam

da Veletri a questo fine inoltratosi; e dopo la dimora fattavi di due giorni, ritornando a San Germano, e a Capua, si ricondusse a Palermo. Qui a' prieghi de' Messinesi benignamente ordinò, che si ricopiassero, e negli atti pubblici si riducessero i documenti, per antichità quasi corrosi, delle grazie, ed onorificenze, le quali avea la Romana Repubblica alla città di Messina conferite, affinchè non se ne perdesse la memoria (a). *e onorevolmente accolto Benincasa, VIII. Abate del Monistero della Cava, uomo per santità ragguardevole, confermò i privilegj, al medesimo Monistero conceduti. Benincasa era in Sicilia venuto per visitare i suoi Monaci, alla stanza passati di Monreale; presso i quali alquanti dì con somma loro allegrezza, e consolazione trattenutosi, e visitati i Monisterj di Maniaci, e gli altri dell' ordine Benedettino, lieto, e contento d' aver veduto in essi fiorire la monasti-ca*

(*a*) Vide Fazellum Dec. 1. lib. 2. & Invegium annal. part. 3. ann. 1181.

(a) *Veggasi Fazello dec. 1. lib. 2., e Inveges part. 3. ann. 1181.*

nam comperisset, ad suum remeavit Ascetcrium.

ca disciplina, fece al suo Monistero ritorno.

Anno
1182.

Jam vero Monregalense templum tam fumptuosum, ac splendidum, Cœnobium tot possessionibus, tantisque juribus ditatum, ejusdem Cœnobii Antistes Episcopi titulo, & jurisdictione honestatus, locus denique in idoneam coalitus civitatem, & potissimum Guilelmi erga hoc ejus opus studium, quod expleri, exhauririque nullo modo posse videbatur (a), majus aliquid al-

Ma già il tempio di Monreale tanto fontuoso, e magnifico, e il Monistero di tante possessioni, e tanti diritti arricchito, e l' Abate del medesimo Monistero onorato del titolo, e della giurisdizione Vescovile, il luogo finalmente in giusta città cresciuto, e principalmente l' amor di Guglielmo, che verso quest' opera sua pareva senza misura, e senza termine (a), qualche cosa maggiore, e qualche nuo-

(a) Quo studium nostri Regis erga Monregalense Monasterium in ipso illo, ut ita dicam, fonte perspiciatur, juvat me transcribere aliquot ejusdem diplomatum formulas, quibus hoc suum studium explicat. In diplomate anni 1176 sic habetur: *Quoniam in voto gerimus, & incommutabili voluntate, praelibatum Monasterium, Domino largiente, copiosis ditare muneribus, opulentis dotare beneficiis, & terris, ac possessionibus multipliciter ampliare; desideriis nostris resedit altius, ut quam Deo volente latatur nostrae liberalitatis largitionibus ampliatum, tanto excellentioribus dignitatis, honoris, & totius libertatis privilegiis auctoritate nostra gaudeat perpetuo communitum*. & paucis interjectis, *Tamquam opus manuum nostrarum plena libertate do-*

ae-

(a) *Affinchè l' amore del nostro Re verso il Monistero di Monreale si vegga per così dire nel suo puro fonte medesimo, mi piace qui trascrivere alcune formole de' suoi diplomi, ne' quali si fa chiaro, e manifesto. Nel Diploma dell' anno 1176. così leggesi:* Poichè nostro desiderio, e nostra immutabil volontà è di arricchire per la mercè del Signore di copiosi doni, di dotare di doviziosi beneficj, e d' ingrandire in molti modi di terre, e possessioni l' accennato Monistero, è più altamente fisso nell' animo, che quanto per voler di Dio allegrossi ingrandito dalle donazioni della nostra liberalità, tanto goda perpetuamente munito per nostra autorità de' più eminenti privilegj di dignità, d' onore, e di totale immunità. *E dopo poche righe frapposte*, Come ad opera nostra gli doniamo piena libertà, e tutta gli assicuriamo l' immunità, che può

dal-

afflagitabant, Archiepiscopalem videlicet dignitatem, potestatemque. Et hoc profecto Rex a Lucio Pontifice Maximo in congressu, quem cum eo in Montecasino habuit, consequutus est, ut

nuovo lustro e splendore richiedevano, vale a dire la dignità, e podestà Arcivescovile. E questo appunto il Re da Lucio Sommo Pontefice nel congresso, ch' ebbe con esso lui in Monte Casino, ottenne, cioè,

---

mamur, & omnino sibi praestemus summam tatem, quam potest de nostra liberalitate, & munificentia profiteri. In diplomate anni 1182 sic loquitur: *Immensa devotio, quam erga regale Monasterium nostrum Sanctae Mariae novae specialius gerimus, & habemus, semper non potest, nec ulla ratione tepescere, sed quotidie crescit, & viget, ac magis augumentatur in dies; adeo quod quanto illud honori, & commoda liberalitate nostra sedula providetur, tanto amplius ad dilatandum ipsum in dignitatibus, & possessionibus animamur.* Aliud diploma ejusdem anni haec exhibet: *Ita benignitatis nostrae favorem specialiter promeretur, & gratiam, ut, quia factura nostra, & opus manuum nostrarum esse dignoscitur, ipsam ampliare semper, & dilatare, ac in ejus utilitatibus intendere modis omnibus affectemus.* Et post Ecclesiam Archiepiscopalem redditam haec scripta in Diplomate anni 1183, reliquit: *Et quoniam in proposito gerimus, & incommutabili voluntate ad incrementum, & commodum Archiepiscopatus Montis regalis tota mentis affectione semper intendere, credimus illud thesauris nostris accescere, quod in ipso fuerit liberalitate collatum.* Et in alio anni 1184: *Ad Archiepiscopatum tamen Montis regalis tanto profusius manum nostrae liberalitatis extendimus, & de ipsius incremento sollicitius cogitamus, quanto ex eo, quod manuum nostrarum factura, & opus esse dignoscitur, ampliorem benignitatis nostrae gratiam promeretur.*

dalla nostra liberalità, e munificenza derivare. *Nel Diploma dell'anno 1182 così parla:* L'infinita devozione, che verso il Real nostro Monistero di Santa Maria la Nuova con maggior specialità portiamo, e abbiamo, non si può sopire, nè in veruna maniera s'intiepidisce, ma giornalmente cresce, e vieppiù si rinforza; talmente che quanto al suo decoro, e comodo per nostra liberalità a bello studio provvedesi, tanto maggiormente ci sentiamo animati ad accrescerlo in dignità, e possessioni. *Nell'altro Diploma dello stesso anno in questa guisa s'esprime:* Così in particolar maniera merita il favore, e la grazia della nostra benignità, che, perchè si conosce essere fattura nostra, ed opera delle nostre mani, cerchiamo con affetto di sempre ampliarlo, e dilatarlo, e di essere in tutti i modi intesi a' suoi vantaggi. *E dopo l'erezione della Chiesa in Arcivescovado nel Diploma dell'anno 1183 queste lasciò scritto:* E poichè nostro intendimento, e inalterabil volere è d'intendere con tutto l'affetto dell'animo all'ingrandimento, e comodo dell'Arcivescovado di Monreale, ci stimiamo di accrescere co' nostri tesori ciò, che gli fu per nostra liberalità conferito. *E nell'altro dell'anno 1184 così dichiarossi:* Inverso l'Arcivescovado però di Monreale con tanto maggior profusione stendiamo la mano della nostra liberalità, e con più sollecitudine al suo ingrandimento pensiamo, quanto più ampiamente la grazia della nostra benignità, perchè si ravvisa essere fattura, ed opera delle nostre mani.

ut scilicet Monsregalis in sacram cum perpetuo pallii honore Metropolim proveheretur; idemque, qui Archiepiscopus, Monasterii Antistes esset; Monachis propterea in Ecclesia Monregalensi, ut tunc temporis in aliis alibi gentium, & apud nos in Ecclesiis Catanensi, & Pactensi, Canonicorum assequutis locum ac munera. Huic novæ sacræ Metropoli, quæ in Sicilia ad Panormitanam & Messanensem tertia, & ultima accessit, assignatum in Diœcesim una cum locis, in queis Monasterium jam sacra potiebatur jurisdictione, quidquid oppidorum, castrorum, pagorum, possessionum cis, & ultra Pharum, haud sane angustis couclusum finibus, idem tum possidebat, aut in posterum acquisivisset; attributæque in provinciam Catanensis, & Syracusana Ecclesiæ; quæ, ut alio ostendimus loco, nullius sacræ potestati, præterquam Pontificis Maximi, erant obnoxiæ, origine, ac dignitate, Divorum, eorumque maxime ce-
le-

cioè, che Monreale in sedia Metropolitana coll' onor perpetuo del pallio s' ergesse; e quello stesso, che venisse eletto ad Arcivescovo, fosse pur anche Abate del Monistero; e i Monaci componessero il collegio de' Canonici della Chiesa Metropolitana ad esempio di altre Chiese Cattedrali altrove, e in Sicilia di quelle di Catania, e di Patti. A questa novella Metropoli, la quale alla Palermitana, e Messinese in terzo, ed ultimo luogo s' aggiunse, furono assegnate in Diocesi insieme con quei luoghi, ne' quali il Monistero avea già spirituale giurisdizione, quante città, castella, terre, e possessioni di quà, e di là del Faro, che certamente di non poca estensione erano, allora esso possedeva; o avria in avvenire acquistato; e attribuite le furono in provincia le Chiese di Catania, e di Siracusa; le quali, come in altro passo dimostrammo, a niun altro, fuorchè al Sommo Pontefice eran soggette, per la origine, e preminenza, pel numero de' Santi, e di Santi celebratissimi, per la nobiltà delle città, e per l' ampiezza delle Diocesi, sia
det-

lebratorum numero, urbium nobilitate, ac Dioeceseon amplitudine; absit verbo invidia, illustriores, nobilioresque; adeo nimirum ut illarum præsides pallii honore, uti diximus, decorari solerent: quem quidem honorem, posteaquam suæ Ecclesiæ in Monregalensem provinciam redactæ fuerunt, adepti amplius non sunt, ne insigne hoc Provincialibus esset, Metropolitanoque commune. Primus Montisregalis Archiepiscopus idem ipse fuit, qui tum Monasterii Antistitem gerebat, Guilelmus nempe; quem Lucius Pontifex Maximus ipsemet consecravit, pallioque insignivit. Fertur ex Ricardi, cui a Sancto Germano cognomen est, scriptoris illius ævi auctoritate, ad Montemregalem in sacram efferendam Metropolim auctorem Regi fuisse Matthæum Notarium, ut Gualterio Ophamillio, Panormitano Archiepiscopo, quem in administranda republica se superiorem infenso ferebat animo, injuriam, molestiamque faceret. Sed id pa-

detto con buona pace d' ognuno, le più illustri, e le più insigni; tanto che i Prelati di quelle eran usi, come dicemmo, di esser fregiati dell' onor del pallio: il quale onore, dopochè le lor Chiese furono in provincia di Monreale ridotte, intanto non poterono più conseguire, in quanto che questo fregio non fosse a' Suffraganei, e al Metropolitano comune. Il primo Arcivescovo di Monreale fu quel medesimo, che allora era Abate, vale a dire Guglielmo, cui lo stesso sommo Pontefice Lucio consecrò, e ornò del pallio. Dicesi per autorità di Ricardo di San Germano, scrittore di quel secolo, che Matteo Notaro fusse stato quello, chè al Re consigliato avesse di procurare l' innalzamento della Chiesa di Monreale a Metropoli, per far dispetto a Gualtieri Offamiglio Arcivescovo di Palermo; cui di mal animo soffriva a se superiore nel governo dello Stato. Ma ciò sembra poco verisimile, e detto anzi che no all' usanza d' alcuni storici, i quali alle operazioni degli uomini occulte cagioni, e ben diverse dall' aspet-

parum vero simile videtur, scriptumque potius ex quorumdam Historicorum more, qui hominum actionibus occultas, diversasque ab iis, quæ apparent, ut acutæ naris sese viros ostentent, causas affingunt; etenim Rex tantum Gualterio tribuebat, ut, ni hoc suum illi probasset consilium, ab eo utique destitisset. Præterea Abbas Cœnobii Monregalensis jam inde ab sua origine omni sacra fruebatur jurisdictione, eratque a cujuscumque Episcopi potestate immunis. Accedit, quod, ut ante docuimus, nihil Cœnobio Monregalensi de juribus, proventibusque Ecclesiæ Panormitanæ fuit adjudicatum, quod huic abunde compensatum non fuerit.

aspetto, che hanno, attribuiscono, per non parer d' essere di volgar discernimento, e giudicio; imperciocchè il Re tanto a Gualtieri deferiva, che, se questo divisamento, e disegno approvato e' non gli avesse, se ne farebbe certamente rimaso. Oltrechè l' Abate del Monistero di Monreale già fin dalla sua origine godeva ogni spirituale giurisdizione; ed era dalla podestà di qualunque Vescovo esente. S' aggiunga, che, come dianzi si è fatto vedere, non fu assegnato al Monistero di Monreale diritto, o provento alcuno della Chiesa di Palermo, che non sia stato a quella abbondevolmente compensato.

Anno 1183.

Non modo cuncta jura, immunitates, & bona, queis Monregalense Cœnobium potiebatur, Pontifex Maximus, & Rex in Archiepiscopum transtulerunt; verum etiam Regi Monrega-

Non solamente tutti i diritti, privilegj, e beni, che il Monistero di Monreale possedeva, furon dal Papa, e dal Re trasferiti nell' Arcivescovo, e a lui confermati; ma ancora al Re piacque di arric-

galensem Ecclesiam, ut dignitate auctam, sic augere censu placuit, illam insuper donando Bisaquino, Randicella, Terrusio, Fantasino, Juliana, Comichio, Adragno, Lachabuca, & Semure vicis, itemque Divæ Magdalenæ fano cum omnibus possessionibus, juribusque ad ipsum pertinentibus, posito in agro oppidi Corilionis; quod oppidum, ut ostendimus, Monregalensi Cœnobio jam elargitus erat (a). Hæc ad annum centesimum octogesimum tertium supra millesimum gerebantur; qui quidem annus fuit Siculæ aulæ luctuosus propter mortem Henrici III. Regis Britannici, Reginæ fratris, sed lu-

chir la Chiesa Monrealese di nuovi proventi, come di nuova dignità era aumentata, donandole inoltre i villaggi di Bisacquino, di Randicella, di Terrusio, di Fantasino, di Giuliana, di Comichio, di Adragno, della Cambuca, di Semuro, ed in una la Chiesa di Santa Maria Maddalena con tutte le possessioni, e i diritti a quella appartenenti, posta nel distretto della Città di Corleone; della quale Città, come dimostrammo, avea già al Monistero di Monreale fatto dono (a). Queste descritte cose succedettero nel volger dell' anno di grazia millesimo centesimo ottantesimo terzo; il quale anno fu alla Reggia di Sicilia luttuoso per la morte di Enrico III. Re d' Inghilter-

(a) Verba Regii diplomatis, quod ad Ecclesiam Divæ Magdalenæ Corilionis attinet, sic habent: *Concedimus, & donamus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ in territorio Corileonis, quod est ejusdem Ecclesiæ Montisregalis, cum omnibus juribus rationibus, & pertinentiis suis, vineis, cannetis, aquis, & cursibus aquarum, molendinis, ad ipsam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ spectantibus; eo quod cultus Divinus propter guerrarum discrimina ... dignoscitur Sanctæ Mariæ Magdalenæ Ecclesia supradicta, multis temporibus Abbatissa & Monialibus propriis destituta.*

(a) *Le parole del Real Diploma, che intorno alla concessione della Chiesa di Santa Maria Maddalena di Corleone s' aggirano, son queste:* Concediamo, e doniamo la Chiesa di Santa Maria Maddalena, situata nel territorio di Corleone, che è della medesima Chiesa di Monreale con tutti i suoi diritti, sue ragioni, e pertinenze, co' vigneti, canneti, coll' acqua, e corsi d' acque, molini, alla stessa Chiesa di Santa Maria Maddalena spettanti, perchè non si vede culto Divino per le urgenze di guerre, e distruzione nella predetta Chiesa di Santa Maria Maddalena, essendo ... molto tempo priva dell' Abadessa, e delle sue Monache proprie.

3

luctuosior ob interitum Margaritæ, Regis Matris; quam ipse summo in pretio, atque honore nunquam non habuit. Margarita mortua est Panormi: at post justa ei magnifice persoluta, ejus cadaver ad Monregalense templum relatum, in marmoreo sepulchro cum honorifica inscriptione juxta Rogerii, & Henrici filiorum tumulos conditum fuit. Domesticum luctum excepit, quæ non minus paternum in subjectos Guilelmi animum afflixit, publica calamitas. Tanta enim vi terra in trans fretum regionibus concussa est, ut inde haud minor, quam in Insula dudum strages, maxime in Bruttiis, accepta sit; multique ex ruinis, & in his Rufus Cosentinorum Pontifex interierint. Hoc eodem anno mors Messanensibus suum itidem eripuit Pastorem Nicolaum, qui principi templo, auctore Rogerio Rege inchoato, auspice Guilelmo nostro, extremam imposuerat manum; obtinueratque, ut a Lucio Pontifice Maximo Messana sacra Pactensis,

terra, fratello della Regina; ma più doloroso, ed acerbo per la morte di Margarita Madre del Re; ch' egli ebbe sempre mai in somma riverenza ed onore. Margarita si morì in Palermo: ma dopo i funerali con real pompa, e magnificenza fattile, il corpo di lei portato nel Tempio di Monreale, in un'urna di marmo fu depositato, e racchiuso con onorevole inscrizione presso i sepolcri de' suoi figliuoli Rogero, ed Enrico. Il lutto della Reggia fu da pubblica calamità seguito; la quale non afflisse meno l'animo paterno di Guglielmo verso i suoi sudditi. Imperciocchè sì violentemente la terra nelle regioni di là dello stretto si scosse, che quindi, massime in Calabria, danno ne provenne non minore di quello, che dianzi se n' era ricevuto nell' Isola, essendo per la rovina non pochi, e tra gli altri Rufo Arcivescovo di Cosenza, mancati di vita. In questo medesimo tempo la morte rapì parimenti ai Messinesi Niccolò loro Pastore; il quale avea a finimento, e perfezione sotto gli auspicj del nostro Guglielmo condotta la Chiesa Cattedrale, per opera del Re Ro-

sis, Cephalæditanæ, & Liparensis Diœceseon Metropolis statueretur. In vacuum Messanensem Pontificatum fuit e Syracusano translatus Ricardus Palmerius; qui, desertâ aulâ, Messanam se recepit, loco, quem ipse apud Regem in publicis explicandis negotiis obtinebat, a Bartholomæo Ophamillio Agrigentinorum Antistite occupato. Hæc inter tristia læti aliquid intervenit, pax videlicet cum Friderico Cæsare, quicum & Guilelmo nostro induciæ, uti diximus, pactæ in annos quindecim erant, composita in perpetuum, firmataque.

Rogera incominciata, ed impetrato da Lucio Pontefice, che i Vescovi di Patti, di Cefalù, e di Lipari fussero stabiliti suoi suffraganei. Alla vedova Chiesa di Messina fu da quella di Siracusa trasferito Ricardo Palmerio; il quale abbandonando la Reggia si ritirò in Messina, essendo stato il luogo, ch' egli teneva appresso il Re nel reggimento de' pubblici affari, occupato da Offamiglio Vescovo di Agrigento. Fra sì tristi avvenimenti qualche cosa di lieto si frappose, la pace cioè coll' Imperadore Federigo, e il nostro Guglielmo, fra i quali, come dicemmo, la tregua vi era di quindici anni, stabilita perpetuamente, e confermata.

Anno 1184.

Lucius Pontifex Maximus Velitris Romam profectus, haud diu propter dubiam Romanorum in se fidem ibi constitit. Velitras repetens modo hic, modo alibi e proximis consedit locis. Post aliquanto Romam iterum adiit; sed Romanorum

Lucio Sommo Pontefice, da Velletri passato a Roma, per la dubbia fede de' Romani verso di lui non potè ivi fermarsi. Tornato a Velletri, parte in questa Città, e parte in altro luogo de' convicini si trattenne. Dopo qualche tempo ritorna a Roma; ma perduta la

rum, animos sibi conciliandi spe falsus, imo, facta seditione, expulsus, Veronam se confert; ubi, Episcoporum concilio, colloquioque cum Friderico Imperatore de rei Christianæ necessitatibus, & præsertim de auxilio Hierosolymitano Regno, quod nutabat, ferendo, habitis, Veronam adhuc commorantem mors intercepit, in ejus locum Urbano hujus nominis tertio suffecto, qui in eadem urbe, turbis nondum Romæ sedatis, substitit.

la speranza di conciliarsi gli animi de' Romani, anzi cacciatone per una mossavi sedizione, si porta a Verona; dove ragunato un concilio di Vescovi, e avuto ragionamento coll' Imperadore Federigo sopra le necessità della Repubblica Cristiana, e specialmente intorno al soccorso da recarsi al Regno di Gerusalemme, fu da morte sorpreso, in luogo di lui eletto Urbano III. di questo nome, il quale, non essendo ancora le turbolenze in Roma sedate, nella stessa città di Verona soffermossi.

Anno 1185.

Inter hæc post Manuelis Comneni obitum atrox Constantinopoli tumultus a Græcis contra Latinos factus. Causa hujus tumultus præter differentiam factrorum, veteremque Græcos inter, & Latinos æmulationem, fuit favor, quo Latini, Manuele imperante, potiti erant, multoque magis potiebantur, imperium pro pupillo filio Maria, atque adeo Alexio Protofebasto, cujus arbitratu ipsa re-

Tra tanto, dopo la morte di Manuele Comneno in Costantinopoli insorse fiero tumulto contra i Latini da' Greci mosso. La cagione di tal tumulto, oltre la differenza in fatto di religione, e l' anti-ca emulazione fra' Greci, e Latini, fu il favore, e la grazia, che aveano i Latini sotto l' Impero di Manuele goduto, e vieppiù godevano sotto la tutela di Maria, o per dir meglio di Al ssio Protosebasto, dal cui arbitrio, e au-

regebatur, procurante. Evocato itaque in spem imperii e Ponto, ubi exulabat, Andronico ex eadem Comnena gente, turbulento, perfidoque homine; eodemque cum exercitu Constantinopolim progresso, urbisque potito, Protosebastus oculis orbatur; impetuque in Latinos omnes, qui sibi fugâ consulere aut neglexerunt, aut nequiverunt, facto, resistentes trucidantur; pueris, senibus, mulieribus, morbo implicitis, vivis domi exustis, reliquis, quibuscum humanius actum fuit, sub corona divenditis. Acerbius sævitum in sacros homines. Joanni Legato Pontificio caput abscissum, atque canis caudæ ad contumeliam alligatum, tractum per urbem: populique furor eo excessit, ut neque ægris pepercerit, neque mortuis; ægris, quotquot in valetudinario, Divo Joanni dicato, comperti fuere, vita ferro adempta; mortuorum cadavera sepulchris eruta per publicas pertracta vias. Maximus ad tot scelera accessit cumulus ex pueri Cæsaris nece, ab Andronico cru-

autorità era ella governata. Per la qual cosa chiamato sulla speranza di acclamarlo per Imperadore da Ponto, ove era stato mandato a confine, Andronico della medesima gente Comnena, uomo perfido, e turbolento, e questi venuto coll' armata a Costantinopoli, e impadronitosi della Città, si cavano gli occhi a Protosebasto, e fattosi empito sopra tutti i Latini, che o trascurarono, o non poterono colla fuga salvarsi, si tagliano a pezzi coloro, che facean resistenza, arsi nelle case fanciulli, vecchi, donne, e infermi, gli altri, coi quali più mitemente si procedette, venduti come schiavi. Più fiera fu la crudeltà contra le sacre persone usata. A Giovanni Nunzio del Papa fu tronca la testa, e legata alla coda di un cane per ischerno, ed onta, fu per la Città strascinata: e tant' oltre giunse la rabbia, e il furor del popolo, che non la perdonò neppure agli ammalati, nè a' morti. A quanti infermi si trovarono nello spedale di San Giovanni fu tolta col ferro la vita; e i cadaveri de' morti disseppelliti, e trat-

crudelissime perpetrata, simulque ab eodem usurpato imperio. His Guilelmus per quemdam ex eodem Comnenorum genere principem, Alexii quoque nomine, qui exul in Sicilia tum versabatur, Latinosque, qui Constantinopoli in Siciliam perfugerant, cognitis, sui fore duxit officii tam insignem avitæ religioni, nominique Latino, atque una sacro Principis capiti illatam injuriam, ulcisci. Proinde magnas contra Græcos copias contraxit; eisque Comites Alduinum, & Ricardum Acerranum imperatores dedit. Hæ copiæ, quas a nonnullis scriptoribus numerum quinque & octoginta millium peditum, equitum triginta millium explesse parum, ut videtur, probabiliter jactatur, classe ducentarum navium sub imperio Tancredi, Aletii Comitis, & Margaritoni ductu, in Græciam transmissæ, Dyrrachio ex improviso oppressa, Thessalonicam, aliaque loca expugnarunt, diripueruntque. In direptione præsertim Thessalonicæ nullum fuit immanitatis, ac sacrile-

e tratti per le pubbliche vie. Per colmo di tante scelleraggini s' aggiunse la morte, che crudelissimamente diede Andronico al fanciullo Imperadore, e insieme l' usurpazione da lui fattagli dell' Impero. Queste cose risaputesi da Guglielmo per mezzo di un certo Principe della medesima schiatta de' Comneni, anche denominato Alessio, il quale allora esule in Sicilia soggiornava, e per li Latini, che da Costantinopoli vi si erano rifuggiti, riputò suo dovere essere il vendicare cotanto atroce ingiuria fatta alla religione degli Avi, e al nome Latino, e insieme alla sacra persona di un Principe. Quindi oste poderosa raccolse contro de' Greci, e ne diede il regimento a' Conti Alduino, e Ricardo d' Acerra. Queste truppe, le quali non mancano scrittori, che spacciano poco verisimilmente, come e' pare, essere arrivate al numero di ottantacinque mila fanti, e trenta mila cavalli, da flotta di dugento navi sotto il comando di Tancredi Conte di Lecce, e sotto la condotta di Margaritone trasportate in Grecia, avendo all' improvvi-

so

legii genus a Siculis militibus prætermissum; extremaque urbs illa passa fuisset, ni Episcopus Eustathius, celebris ille Homeri interpres, gratia & veneratione, quam sibi a Siculis Ducibus conciliarat, ab eis exorasset, ut aliquis cladi modus poneretur. His secundis inceptis Siculus exercitus alacer Constantinopolim contendebat, omnia terrore complens; inque spem Græci imperii potiundi Gulielmus prope venerat: quando Constantinopolitani, quos contemptus & odium ceperat Andronici, & quod suspiciosum, crudelemque se in dies magis magisque præstabat; & quod Siculis, imperii fines aggressis, neutiquam obstiterat, nec tantum ei inesse virtutis, ut obsistere potis esset, appareret, illum imperio privarunt, salutato Imperatore Isaacio Angelo, haud ignavo homine, qui Comnenorum imperatoriam familiam affinitate attingebat: namque ejus avus Constantinus habuerat in matrimonio Theodoram Imperatoris Alexii Comneni filiam

so sorpresa la Città di Durazzo, espugnarono Tessalonica, ed altri luoghi, e li misero a ruba, e a sacco. Nel sacco principalmente di Tessalonica non vi fu maniera di crudeltà, e di sagrilegio, che stata non sia dalla soldatesca Siciliana commessa: e gli estremi mali avrebbe quella Città sofferti, se il Vescovo Eustazio, quel celebre interpetre d' Omero, per la grazia, e venerazione, ch' erasi conciliata dai condottieri Siciliani, non avesse da esso loro impetrato, che a tanta strage qualche misura, e fine si ponesse. Da questi favorevoli principj animato l'esercito Siciliano si avanzava con somma alacrità a gran giornate verso Costantinopoli, ogni parte di terrore riempiendo; e Guglielmo entrato era quasi in isperanza d'insignorirsi dell' impero: quando i Costantinopolitani, presi da odio, e da disprezzo d' Andronico, tra perchè ogni dì più crudele, e sospettoso dimostravasi, e tra perchè non avea resistito all' incursione de' Siciliani, nè mostrava d' avere in se tanto di valore da resistervi, lo privarono dell' impero, e salutarono

liam natu minorem. Andronicus, qui fugam mari arripuerat, captus, catenisque vinctus, Isaacio sistitur; qui illum omni injuriarum afficiendum genere, turpique dandum morti populi licentiæ permisit. Accepto ab Isaacio imperio, venit ejus missu ad Siciliensis exercitus duces, qui Constantinopoli appropinquabant, legatus, qui renuntiat, quandoquidem de medio sublato Andronico, cujus propter in Latinos injurias bellum a Siciliæ Rege susceptum erat, communi Senatus, populi, ac militiæ suffragio imperium Isaacio cesserat, ut, ni novum Cæsarem hostem experiri velint, ab armis recedant, domumque remigrent. Hæc tam arroganter dicta Alduinus interpellans, indignabundus respondit tum Siculos bello destituturos, quum Isaacius, deposito imperio, illud alii se digniori occupandum relinqueret. Cum hujusmodi responso legato dimisso, Comites Alduinus, & Acerranus terra, marique Constantinopolim adoriri constituunt: proinde Comiti

no Imperadore Isaacio Angelo, uomo non dappoco, il qual era per parentado congiunto coll' Imperiale famiglia de' Comneni: imperocchè l'avolo di lui Costantino avuta avea per moglie Teodora figliuola minore dell' Imperadore Alessio Comneno. Andronico, che fuggito s'era per mare, preso, e legato vien condotto dinanzi ad Isaacio; il quale permise alla popolar licenza, che con ogni sorta d'ingiurie trattato fosse, e tratto a vergognosa morte. Salito Isaacio al trono spedì a' Comandanti dell'esercito Siciliano, i quali appressavansi a Costantinopoli, un suo Ambasciadore a dinunziar loro, che, poichè, spogliato dell' impero, e della vita Andronico, per le cui ingiurie fatte a' Latini erasi dal Re di Sicilia intrapresa la guerra, con universal consentimento, e suffragio del Senato, del popolo, e della milizia, era stato Isaacio all' impero innalzato, deponessero l'armi, e ritornassero alle case loro, se provar non volevano nimico il nuovo Imperadore. Questi sì arroganti detti interrompendo Alduino, bruscamente rispose, che allora sarebbonsi dalla guerra

 Si-

ti Tancredo, ad quem summa maritimi imperii respiciebat, significant, ut in aliquam ex proximis aggrediendæ urbi insulis, classem provehat. Ipsi interim lento gradu Constantinopolim pergunt; & quum nihil, quod obsistat, offendant, omnia ferro, & incendiis vastantes, in Maximianopolis planitie considunt, ut ibi responsum a Tancredo de ejus mente, consilioque, ac de motu classis expectent. Inter hæc Isaacius validum ex omni Græcia conflat exercitum, eique præficit Alexium Barnam, militari virtute, ac scientia præstantem. Is magnis itineribus adversus nostros ducens, quum eos vagos, palatosque per agros, quod ferme fit, ut secundæ res negligentiam creent, totos prædæ intentos cognovisset, in non exiguam ipsorum manum incurrit, quæ, quum nec per se resistere, nec se reliquis copiis adjungere posset, in fugam sese dedit, Maximianopolimque recepit. Eo Barna fugitivos insequutus quum pervenisset, portasque reperisset clausas, his ariete infractis, post

i Siciliani ritirati, quando Isaacio, deposto l' impero, lo avrebbe lasciato altrui occupare di se più degno. Licenziato con tal risposta l' Ambasciadore, i Conti Alduino, e Ricardo d' Acerra deliberano di assalire per terra, e per mare Costantinopoli: perciò avvisano il Conte Tancredi di avanzare l' armata navale ad alcuna delle isole a quella città vicine. Essi tra queste cose là s' incamminano a lento passo, e niuno ostacolo trovando, messo il tutto a ferro, e a fuoco, nella pianura di Massimianopoli si fermano, per aspettar quivi la risposta di Tancredi intorno alla sua intenzione, e disegno, e alla mossa della flotta. In questo mezzo Isaacio mette insieme da tutta la Grecia un grosso esercito, e ne dà il supremo comando ad Alessio Barna pro uomo per militar virtù, e sapere. Questi a gran passi movendo contra i nostri, e avendo saputo, che quà, e là disordinatamente dispersi andavano per le campagne, cosa, che suole d' ordinario accadere per la negligenza, che nasce dai prosperi avvenimenti, ed erano a depredare tutti intesi, attacca un non pic-

post breve certamen oppidum ingressus, quotquot Siculos obviam habuit occisione occidit. Mox agmen convertit adversus reliquum Siculum exercitum, ejusque in conspectu ad Amphipolim fuit, sed in unum jam coacti, probeque instructi, adeout illum fraude potius, quam aperto Marte superare consilium ceperit. Simulat itaque de pace mentionem facere, deque ea agere: & nostris non esse eam detractandam ratis, propterea quod copias imminutas, easdemque subito, improvisoque hostium adventu quodammodo perculsas, pavidasque habebant, non dubitabatur bellum per concordiam finitum iri; quum Barna, ubi nostros pacis fiducia imparatos, incautosque vidit, eos ex inopinato acriter adeo adoritur, ut, tametsi principio hostilem vim strenue sustinuerant, tandem multitudine oppressi, magna pars in acie ceciderint; reliqui, quibus fugæ copia data fuit, Græcis insequentibus, aut in obvium Strydonium flumen se projicientes, mortem, quam

piccol numero di essi, i quali non potendo per se far fronte, e resistere, nè riunirsi al resto dell'esercito, si volgono in fuga, ed in Massimianopoli si ricovrano. Quivi giunto essendo il Barna, incalzando i fuggitivi, e avendo trovate chiuse le porte, queste arietate, ed infrante, dopo qualche contrasto entrato nella Città, quanti Siciliani se gli fecero davanti passar fece a fil di spada. Dappoi rivolge le sue forze contra il rimanente dell'esercito Siciliano, e avendolo ritrovato tutto unito presso ad Ansipoli, e bene schierato, prese il partito di superarlo piuttosto con inganno, che in aperta campagna. Infinse dunque di parlare, e trattar di pace: la quale ai nostri Comandanti, che non istimavano doversi rifiutare, perchè le truppe erano scemate, e dall' improvviso arrivo de' nemici sbigottite, e di timor prese, pareva già conchiusa; quando il Barna, come vide i Siciliani per fidanza della pace sprovvisti, ed incauti, con Greca frode all'impensata sì forte l' assalta, che, sebbene da principio avessero l' empito de' nemici valorosamente sostenuto, alla persine dalla moltitudine oppressi, gran parte mort-

quam in prælio effugerant, in aquis fœdiorem invenerint, aut captivi facti fuerint, relicto victorum prædæ quidquid opum, ac bellici instrumenti in exercitu, atque in castris erat. In iis, qui in hostium venere manus, fuerunt expeditionis duces Comites Alduinus, & Accerranus, qui Constantinopolim perducti hostilem triumphum insigniorem fecerunt. Interea Tancredus, qui classem, ut mandatum erat, Constantinopolim admoverat, frustra per dies sexdecim nuncium aliquem de accessu illuc terrestris exercitus præstolatus, quum id quod res erat facile conjectasset, Thessalonicam regreditur; ubi de suorum clade factus certior, confestim impositis in naves militibus, qui ibi præsidio relicti erant, Dyrrachyum petit; eaque præmunita, in Siciliam properat (a).

Hu-

rono nel combattimento; e coloro, a' quali fu dato campo di fuggire, da' vincitori inseguiti, nel fiume Stridonio, che loro venne incontro, buttandosi, la morte, che schivata aveano nella battaglia, più brutta nell'acque incontrarono, o furono fatti prigionieri, lasciato in preda ai vincitori quanto di ricchezze, e di corredo da guerra nell'accampamento, e nell'esercito vi avea. Tra questi, che caddero nelle man de' nemici, furono i due Comandanti generali i Con'i Alduino, e Ricardo d'Acerra, i quali condotti a Costantinopoli il trionfo de' nemici più segnalato rendettero. Intanto Tancredi, che secondo la sua incombenza erasi colla flotta a Costantinopoli appressato, dopo avere per sedici giorni attesa invano novella dell'arrivo colà dell'esercito di terra, ciò, che in fatti era avvenuto, agevolmente congbietturando, torna indietro a Tessalonica; dove certificato della sconfitta de' suoi, posti sovra le navi i soldati, che quivi erano stati lasciati in guernigione, e toccato Durazzo, e quello premunito, rivolge inverso la Sicilia ben tosto le prode (a).

Co-

(a) Mirum quam varie, ac perturbate a scri-

(a) *Quanto mai diversamente, e confusamen-*

Hujus expeditionis tam infelix exitus, ut per Regnum famâ evulgatus est, summæ cunctis mœstitiæ accidit. Rex hujuscemodi ulturus ignominiam, per literas Isaacio suorum exprobrata perfidia, cum majore classe ad depopulanda Græciæ litora, atque inde quot posset captivos abducendos, ut cum nostris, qui in Græcia detinebantur, permutarentur, Margaritonum consequenti anno misit, adhibitis ad hanc expeditionem etiam navigiis omnibus, quæ in suis portubus ad transmittendos in Syriam peregrinos in anchoris stabant. Fors consilium Regis bene vertit. Nam Margaritonus Ægeum provectus, quum septuaginta Isaacii naves in Cypro Insula ad terram applicatas cognovisset, cursum illuc præpropere flexit; inque eas ita ex im-

Come per fama nel Regno divulgossi l'esito infausto di questa spedizione, contristò tutti altamente; e il Re vendicar volendo un tale smacco, ed affronto, dopo avere rimproverata ad Isaacio per lettera la perfidia de' suoi, con maggior flotta a devastare, e saccheggiare le spiagge della Grecia, e a trar quindi de' prigioni, quanti più potesse, per iscambiarli co' nostri, che in Grecia erano ritenuti, nel seguente anno mandò Margaritone, adoprati avendo anche in questa spedizione tutti i legni, che ne' suoi porti, per trasportar in Soria i pellegrini, stavano ancorati. Per buona ventura riuscì bene, e felicemente il disegno del Re; imperocchè innoltratosi Margaritone nell' Arcipelago, avendo avuto avviso, che settanta navi di Isaacio erano a Cipro approdate, volse colà il suo corso; e così all' improvvisa le

scriptoribus casus, & eventus hujus contra Græcos belli narrantur. Nos eos sequuti sumus auctores, qui probabilius rem exponere visi sunt. Illud, quod inter omnes constat, est Guilelmum bellum contra Græcos gessisse, secundis principiis, sed adverso exitu.

mente si narrano dagli storici gli accidenti, e i successi di questa guerra contro i Greci! Noi siamo iti dietro a quegli scrittori, i quali n' è paruto, che abbiano il fatto più verisimilmente descritto. Ciò, che non cade in controversia presso niuno, è, che Guglielmo fece la guerra contra i Greci con fausti principii, ma con infausto esito.

improviso irruit, ut illarum fine ullo discrimine potitus, &c. ex captis navibus, & ex facta in continentem excensione, tantam hominum tulerit prædam, ut ad nostros redimendos satis abunde fuerit.

Bellicis expeditionibus pacis opera a Guilelmo intermissa. Quoniam Monsregalis ex Regio suburbano rure, ubi nostri Principes rusticari, ac relaxare venatu animum, ut dictum est, solebant, in Coenobium, &c. deinceps in Civitatem evasit, Rex noster aliam Regiam villam, aliudque vivarium, muris venationis gratia clausum, in loco ab Regia septimo, a Monteregali tertio remoto lapide, atque in eodem Monregalensi agro excitavit (a): cui

le assalì, che aman salva impadronitosi di quelle, e dalle tolte navi, e collo sbarco fatto nel continente tanti prese prigioneri, che furono a redimere i nostri sufficienti.

Alle imprese di guerra unisce Guglielmo le opere di pace. Poichè Monreale di Regia vicina villa, che la era, dove i nostri Principi costumavano di villeggiare, e colla caccia ricrear l' animo, come narrammo, cangossi in Monistero, e quindi in Città, il nostro Re un' altra Real villa costrusse, e un altro vivajo di mura cinto per la caccia in luogo lontano sette miglia dalla Reggia, tre da Monreale, e nello stesso territorio Monrealese (a): la qual villa, e vivajo denominato fu Parco nuo-

(a) Simulatque terræ tractus, qui hodie pagum, agrumque Parci novi continet, quique quaquaversus Monregalensi agro cingitur, ab Rege nostro Guilelmo in usum ruris, ac vivarii Regii destinatus, murisque circumdatus fuit, in dominium, ac jurisdictionem Regis recidit. Quo factum est, ut in vico, agroque Parci, Archiepiscopo Monregalensi, civili ad Principem revoluta, sola sacra permanserit jurisdictio.

(a) Dopochè il tratto di terra, che al presente il villaggio contiene, e il territorio del Parco nuovo, e che da per tutto è cinto dal territorio di Monreale, fu dal nostro Re Guglielmo in uso di villa, e di Regio vivajo destinato, e circondato di mura, ritornò sotto la signoria, e giurisdizione del Re. Donde avvenne, che nel villaggio, e nella campagna del Parco all' Arcivescovo di Monreale la sola sacra giurisdizione è rimasa, avendone il dominio, e l' autorità civile perduti.

cui villæ, vivarioque *Parci novi* nomen fuit impositum, ut ab veteri vivario, quod Rogerium Regem libro primo docuimus condidisse, distingueretur. Hæc nova villa & aeris salubritate, & saltuum, pomariorumque amœnitate, & aquæ affluentia, ac subjectæ Panormitanæ planitiei, duplicisque maris prospectu, ædium denique magnificentia, Monregalensi haud inferior, in deliciis Guilelmi successoribus præcipua fuit; inque ea in lucem venit Petrus hujus nominis secundus Siciliæ Rex. Cæterum quod de Monregalensi suburbano fecit Guilelmus noster, illud in Monachorum domicilium convertendo, fecit deinde Fridericus Aragonius, Petri pater, de hac nova villa, illam in Monachorum pariter domicilium redigendo; quod etiam Deiparæ Virgini dedicavit, ac Benedictini quoque Ordinis, Cisterciensium vero Familiæ, alumnis attribuit, amploque censu donavit.

Incidit in hoc tempus magnum rei Christianæ detri-

nuovo, per distinguerlo dall' antico Parco, il quale abbiamo nel primo libro avvertito, essere stato dal Re Rogero fabbricato. Cotesta novella villa e per la bontà dell' aria, e per l' amenità de' boschi, e de' giardini, e per la copia dell' acqua, e pel prospetto della pianura di Palermo, che di sotto le giace, e di due aperture di mare, e finalmente per la magnificenza delle stanze, non inferiore a quella di Monreale, fu il principale luogo di delizia de' successori di Guglielmo; e in essa uscì alla luce Pietro secondo di questo nome Re di Sicilia. Per altro ciò, che fece il nostro Guglielmo della villa di Monreale, in Monistero di Monaci trasmutandola, fece di questa novella villa dappoi Federigo d' Aragona, padre di Pietro, riducendola similmente ad essere Monistero di Monaci, che dedicò anche alla Vergine Madre di Dio, dandolo in cura egualmente a' Monaci di S. Benedetto, dell' ordine bensì Cisterciense, e dotandolo largamente.

Accadde in questo tempo un gran danno alla Repubbli-

ca

trimentum. Cunctantibus Christianis Principibus Regno Hierosolymitano succurrere, illud toties pertentatum Saladinus tandem occupavit, fœdere insuper contra Latinos cum Isaacio Græcorum Imperatore icto: quo factum est, ut sancta Hierosolymorum urbs, locaque Servatoris vestigiis, sanguineque consecrata, septem & octoginta post annos, quam a Gotofredo Bullonio tanta cum sui, Christianique nominis gloria recuperata fuere, in barbarorum reciderint potestatem. Urbanus Pontifex Maximus, qui ejus, quod in remotis illis regionibus evenerat, ignarus, ut Pontificatum inierat, nihil habuerat antiquius, quam causâ contrahendæ classis, qua Palæstinæ Christianis suppetias iretur, Venetias contendere, accepto Ferrariæ de captis Hierosolymis nuntio, ob tantæ cladis dolorem concepto morbo, ibi, nondum Pontificatus sui biennium emensus, occubuit. Huic Cardinales, comitiis Ferrariæ habitis, Gregorium VIII, subrogarunt, qui

ca Cristiana. Indugiando i Principi Cristiani a mandar soccorso al Regno di Gerusalemme, dopo tanti tentamenti fatti, alla fin fine Saladino giunse ad occuparlo, avendo inoltre conchiusa lega con Isaacio Imperador de' Greci contra i Latini: onde la Città Santa di Gerusalemme, e i luoghi dall' orme, e dal sangue del Redentore consecrati, dopo ottantasette anni, che con tanta gloria e sua, e del nome Cristiano da Goffredo Buglione racquistati furono, in potere ricaddero degl' infedeli. Urbano Papa, il quale ignaro del successo in quelle lontane regioni, dacchè era al Pontificato salito, avuta non avea cosa più a cuore, che portarsi tosto a Vinegia per fare assembrar la flotta da spedirsi a Palestina in ajuto de' Cristiani, ricevuta in Ferrara la novella della presa di Gerusalemme per dolor di tanta perdita infermatosi, quivi, non ancora il secondo anno del suo Pontificato compiuto, finì di vivere. I Cardinali in Ferrara ragunatisi in Conclave crearono a sommo Pontefice in suo luogo Gregorio VIII., il qua-

qui, vix duobus in Ecclesiæ regimine transactis mensibus, quos in curam Hierosolymitanæ urbis recipiendæ totos impendit, Pisis, quo se contulerat, ut Pisanos cum Genuensibus reconciliaret, reconciliatosque ad sacrum consociaret bellum, ratus maritimas opes, quibus ii tempestate illa maxime florebant, magni ad rem momenti futuras, e vita decessit. Habuit successorem Paulinum Scholarem, Prænestinum Episcopum, qui Clementis III. nomen assumpsit. Is, procurante Nicolao, novo Salernitanorum Archiepiscopo, Regis apud ipsum Oratore, immunitates, beneficiaque omnia, quæ Alexander, Luciusque sui decessores in Monregalensem contulerant Ecclesiam, illudque in primis, quo Catanensis, & Syracusana Diœceses in Monregalensem provinciam concesserant, suis literis confirmavit, statuitque, ut, defuncto, qui tum Ecclesiæ Syracusanæ præerat, ejus successores ab usu pallii abstinerent.

quale, appena trapassati due mesi nel governo della Chiesa, che tutti impiegò nella cura di ricuperar la città di Gerusalemme, mancò di vita in Pisa, dove erasi portato per riconciliare i Pisani co' Genovesi, e riconciliati unirli alla sacra guerra, stimando le loro marittime forze, onde essi allora grandemente fiorivano, dover essere di gran conseguenza all'impresa. Ebbe per successore Paulino Scolare, Vescovo di Palestrina, il quale Clemente III. nomar si fece. Costui per opera di Niccolò, novello Arcivescovo di Salerno, Ambasciadore del Re presso di lui, con suo breve confermò i privilegj, e i beneficj tutti, che Alessandro, e Lucio suoi predecessori aveano alla Chiesa di Monreale conceduti, e quello massimamente, onde i Vescovi di Catania, e di Siracusa erano stati fatti suoi suffraganei, e decretò, che, dopo la morte di chi presedeva allora alla Chiesa Siracusana, i suoi successori dall' uso del pallio astener si dovessero.

No- Oo *Vol-*

Anno
1186.

Nonus circumducebatur annus, ex quo Guilelmus uxorem duxerat: attamen aut nullam susceperat prolem, aut, si quam sustulerat, ut illius ævi scriptorum quispiam auctor est (*a*), fato concesserat; nec habendi spes manebat. Quocirca Guilelmus, ut Regni quieti prospiceret, turbisque, quæ post suam sine prole mortem exoriri poterant, obviam iret, de successore cogitare cœpit. Nemo ex legitima Normannorum Principum stirpe præter Constantiam supererat, filiam, uti diximus, posthumam Rogerii Regis, in Regia eductam, atque adultam utriusque Guilelmi, adhuc innuptam (*b*). Nam Tancre-

Volgea l' anno nono, dacchè Guglielmo tolta avea moglie: però o niuna mai, o, se alcuna prole n' ebbe, come vuole qualcheduno fra gli scrittori di quel secolo (a), ell' era morta; nè d' averne altra rimanea speranza. Per la qual cosa Guglielmo, per provvedere alla tranquillità del Regno, e prevenire le turbolenze, che dopo la sua morte senza figliuoli nascer potevano, cominciò a pensare al successore. Niuno della schiatta legittima de' Principi Normanni fuorchè Costanza restava, figliuola postuma, come dicevamo, del Re Rogero, nella Reggia dell' uno, e l' altro Guglielmo allevata, e cresciuta, ancor donzella (b). Im-

(*a*) Robertus scilicet de Monte, qui scribit Joannam anno 1181. in lucem edidisse infantem, Boemundi nomine appellatum, cui Pater, statim ac sacro ablutus fuit latice, Apuliæ Ducatum attribuit.

(*b*) Tradunt aliqui Constantiam virginitatem suam Deo vovisse in perpetuum, nobilique Panormitano virginum Collegio, Servatori sacro, eique nupta-

(*a*) *Vale a dire Roberto del Monte, il quale scrive, che Giovanna l' anno 1181. diede alla luce un fanciullo Boemondo nomato, a cui il padre, tosto che battezzato fu, diede il Ducato di Puglia.*

(*b*) *Riferiscono alcuni, che Costanza abbia consecrata la sua verginità a Dio nell' antichissimo, e nobil Monistero Palermitano di Vergini, dedicato al Sal-*

credus, Aletii Comes, haud erat ex justo conjugio prognatus (a). Nuptiæ Constantiæ, etsi annos unum & triginta natæ, tamen, & quia moriente Guilelmo sine liberis Regnum secum erat Siciliæ adductura, & quia

Imperocchè Tancredi, Conte di Lecce, nato non era di legittimo matrimonio (a). Le nozze di Costanza, quantunque all' anno trentunesimo aggiugnesse, e perchè ella, venendo a morte Guglielmo senza figliuoli, era per portar se-

ptiarum veniam ab Pontifice Maximo fuisse factam. Sed hoc ab omnibus conne&ta naris scriptoribus ut putidum refertur commentum. Forsitan Regia puella educationis causa illud sacrarum virginum Collegium frequentabat; hincque error profectus ipsam ex earum fuisse numero.

(a) Is, ut diximus, erat filius Rogerii Ducis Apuliæ, filii natu majoris Rogerii Regis, extra matrimonium progenitus. Quo ad hunc Rogerium binarium in suis fabellis Boccacius erravit: & quod eum Guilelmi I. filium facit; & quod ei natum ex justa matrefamilias Gerbinum nomine filium attribuit, de quo nulla in illius temporis monumentis mentio, nec de mutuo inter hunc adolescentem, & Regis Tuneti filiam amore, quem ob utriusque insignem formæ, & virtutis famam, adeo argutissime scriptor elegantissimus fabulatur, ut illam, quum sponsa ad Granatæ Regem classiariis, armisque probe instructa navi duceretur, contra fidem, a Guilelmo Regi Tunetano datam, Gerbinus armatis ad id triremibus vi rapere aggressus fuerit: & hi Saraceni repugnantibus, ubi desisse di spe cœdere: ne Regia puella in Gerbini potestatem viva veniret, illam morti, se ipsos amatoris iræ tradiderunt. Quod facinus ut Guilelmus per Tuneti Regis Legatos rescivit, nepotem, proceribus ne quicquam pro eo deprecantibus, capite damnavit, malle professus posteritate deesse, quam fide, & justitiæ deesse.

Salvatore; e che il Papa dispensando avesse le abbia alle nozze. Ma ciò da tutti gli scrittori di pregiato giudizio, come cosa da sola, si rigetta. Forse la Real donzella usava nel sacro Chiostro con quelle vergini per sua educazione, e quindi è derivato l'errore, ch'ella stata sia una del numero di esse.

(a) Costui, come abbiamo detto, era figliuolo bastardo di Ruggieri Duca di Puglia, figlio primogenito del Re Ruggieri. Intorno a questo Ruggieri due errori nelle sue novelle da Giovanni Boccaccio sono presi, l'uno che lo fa nato da Guglielmo primo, e l'altro, che gli dà per figliuolo legittimo uno di nome Gerbino, di cui non avvi nelle memorie di quel tempo menzione alcuna, nè nelle notizie si legge parola dello scambievole amore tra questo giovanetto, e la figliuola del Re di Tunisi, il quale per la fama scambievole della rara bellezza, e valore dell'uno, e dell'altra a tal grado accese fa, ndegnasi dall' elegantissimo scrittore, che l'ardito giovane contro la sicurtà data dall' Avo al Re di Tunisi, se novamente li rapirla con armata galea, mentre sposa al Re di Granata sopra nave ben corredata, e di gente, e d'armi fornita, n'andava. Ma, impugnando i Saraceni, vive essi la speranza perdettero di fare resistenza, acciocchè la Reale donzella non fosse venuta viva in mano di Gerbino, lei a morte, e se stessi diedero all' ira dell' amante. Il qual fatto venuto per mezzo degli Ambasciatori del Re di Tunisi a notizia di Guglielmo, condannò nella testa il nipote, volendo avanti mancar di posterità, che di fede, e di giustizia.

quia eximia forma dotata, a multis expetebantur Principibus. Sed præ cæteris ad eas statim a pace cum Guilelmo composita animum adjecerat pro filio suo, & successore Henrico, qui tum primum & vigesimum agebat annum, Fridericus Imperator. Postulatum igitur Constantiam nato uxorem ad Regem nostrum oratores misit. Non una, aut altera occurrebat ratio, quæ Guilelmum ad hanc jungendam affinitatem suspensum difficilemque habebat. Cogitabat eam, utpote quæ Cæsarum, Sveviæque gentis in Italia potentiam nimium quantum augeret, Romano Pontifici non iri probatum. Nec eum fugiebat Germanorum ingenium, moresque ingenio, moribusque Italorum non esse satis consentaneos; Germanumque nomen ob tot illatas Italiæ clades non parum Italis cunctis invisum, ingratumque. Probe denique intellectum habebat Siculos ab exterorum Principum, alia Regna obtinentium, dominatu abhorrere ob metum, ne in provinciam redigerentur.

Ac-

seco il Regno di Sicilia; e perchè di bellissime fattezze l'avea natura dotata, erano da molti Principi desiderate, e richieste. Ma più degli altri Federigo Imperadore, tosto che ebbe con Guglielmo la pace fatta, a quelle avea rivolto, e fisso l'animo per Enrico suo figliuolo, e suo successore; il quale anni ventuno di sua età contava. Spedì dunque al nostro Re Ambasciadori a domandar Costanza per isposa del figliuolo. Più ragioni si paravan dinanzi, che tenean Guglielmo sospeso, e ritroso a stringer questo parentado. Poneva mente, ch'esso, come quello, che la potenza degl' Imperadori, e de' Svevi in Italia veniva di molto ad ingrandire, non sarebbe stato di grado del Papa. Non ignorava, che l'indole, e i costumi de' Tedeschi non erano tanto confacenti, e conformi all' indole, e ai costumi degli Italiani; e che il nome Tedesco per li tanti all' Italia recati danni era non poco agli Italiani tutti odioso. Ben conosceva finalmente, che i Siciliani il dominio abborrivano di stranieri Principi, che altri Regni possedessero, per temenza di non essere in

pro-

Accedebat, quod Matthæus Notarius, cujus consilia haud parvi apud Regem momenti erant, hoc connubium minime e re publica fore censebat. At Ophamillius Panormitanus Pontifex, qui apud Guilelmum auctoritate, & gratia Matthæum superabat, vel quod Fridericus illum in suas pellexerit rationes, vel ut sibi Regni successoris gratiam, Matthæo æmulo invidiam compararet, vel quod, ut erat alienigena, non tam ab exterorum dominatione alienum gerebat animum, Constantiam nuptui Henrico dandam Guilelmo suasit. Sponsalibus itaque constitutis, ac præstito a Regni proceribus sacramento, si Regem sine liberis mori contigisset, se se fidem, obsequiumque Constantiæ, ejusque viro exhibituros, ipsa e Sicilia ad sponsum proficiscitur, eam prosequentibus Reate usque, oppidum in confinio Siculi Regni jacens, Guilelmi purpuratis; unde, ab ipsomet Cæsare & filio summo honore excepta, ac magna pompa in Galliam Cisalpinam traducta,

provincia ridotti. Aggiugnevasi, che Matteo Notaro, i cui consigli erano presso il Re di gran momento, non istimava questo matrimonio vantaggioso al pubblico. Ma Offamiglio Arcivescovo di Palermo, il quale in credito, e favore presso il Re a Matteo soprastava, o perchè Federigo lo avesse bellamente a se tratto, e adescato, o per cattivare a se del successore del Regno la grazia, e l' odio all' emulo Matteo, o perchè, com'era forestiere, non avea l' animo alla signoria degli stranieri tanto schivo, e contrario, persuase a Guglielmo doversi ad Enrico Costanza dare in isposa. Essendosi adunque stabiliti gli sponsali, e dato il giuramento da' Baroni del Regno, che avrebbon essi in caso, che morto fosse il Re senza figliuoli, prestata fedeltà, ed omaggio a Costanza, e al suo marito, ella di Sicilia si parte, e sen va allo sposo, fino a Rieti, città posta a' confini del Regno di Sicilia, dai grandi della Corte di Guglielmo accompagnata: donde dall' istesso Cesare, e dal figliuolo molta onorevolmente ricevuta, e con gran pompa condotta in Lombardia, si celebraron

le

ῶa, nuptiæ splendidissimo apparatu, ac magna hominum frequentia, præsente Friderico, celebratæ Mediolani fuere in hortis ad Divi Ambrosii, convocatis ad eas honestandas, celebrandasque ex omnibus Italiæ civitatibus legatis, & conjugibus Regali Corona ab eodem Augusto solemni ritu donatis. Præter tam nobilis, florentisque Regni successionem Constantia habuit dotis nomine plusquam centum quinquaginta equos auro, argento, gemmis, stragula veste, pannis holosericis, aliisque pretiosis rebus ad regium muliebrem mundum pertinentibus, onustos.

le nozze in Milano ne' giardini presso la Chiesa di Santo Ambrogio con splendidissimo apparecchio, e gran concorso di gente alla presenza di Federigo, stati essendo convocati a renderle più splendide, e più solenni Ambasciadori da tutte le Città d' Italia; ed essendo stati i Reali sposi con solenne rito dallo stesso Augusto incoronati. Oltre la successione d' un Regno tanto nobile, e florido, Costanza recò in dote più di cencinquanta cavalli carichi d' oro, d' argento, di gemme, di tappezzerie, di drappi, e di altri preziosi arredi d' ogni sorta a donnesco Reale adornamento appartenenti.

Anno 1187.

Inter hæc quædam facinorosorum hominum in Regno Siciliæ secta detegitur, *Vendicosorum* appellata (a), qui nocturnos occultosque agebant coetus; noctuque om-

Tra queste cose nel Regno di Sicilia si scuopre certa setta d'uomini facinorosi, detta de' vendicativi (a), i quali facevano le loro notturne conventicole; e di notte tempo commette-

(a) Forsitan sic appellati, quia specie alienarum injuriarum ulciscendarum, omnia scelerum genera perpetrabant.

(a) Per avventura così nomati, perchè sotto il pretesto di vendicare l'altrui offese ogni sorta d'iniquità commettevano.

omne scelerum genus admittebant. Incesserat hæc pestis in provincias ultra Pharum, serpseratque in Insulam. Indicio de scelesta coitione habito, Rex mandavit, ut de ea quæstio haberetur, suppliciumque de omnibus, qui in ipsa implicìti deprehenderentur, sumeretur. Comprehensus Adiulphus, cui nomen a Montecorvo erat, sectæ caput, cum sectatorum sceleratioribus suspendio damnatus. Qui levioribus tenebantur delictis, inusti notis. Et Sacerdos quidam, Sinorritus nomine, nequicquam pro eo deprecantibus sani Sancti Germani incolis, quod maleficii suspicionem habebat, ab Aquinatium Pontifice sacris interdictus. Per hoc quoque tempus Guilelmus in concilio Regni, Trojæ habito, Constantiam, jam Henrico Germaniæ Regi matrimonio conjunctam, Regni hæredem, ubi ipse sine prole decessisset, renuntiandam curavit.

tevano ogni scelleratezza. Erasi introdotta questa peste d' uomini nelle provincie di là del Faro, ed indi nell' Isola diffusasi. Dinunziata al Re la malvagia fazione, ordinò, che si procedesse contro di essa, e fosser tutti coloro puniti, che vi si trovassero inviluppati. Preso Adinulfo di Monte Corvo, capo della setta, fu co' più scellerati suoi seguaci alla forca condannato. Coloro, che meno rei erano, segnati con marche d' infamia. E sospeso dal Vescovo d' Aquino un certo Prete, Sinorrito nominato, perchè era di un tal malefico sospetto, indarno per lui quelli di San Germano intercedendo. Anche in questo tempo Guglielmo nell' adunanza del Regno, tenutasi in Troja, volle, che Costanza, già in matrimonio accoppiata ad Enrico, Re della Magna, dichiarata fosse sua erede nel Regno, quando esso senza prole si morisse.

Ca-

Pre-

Anno 1188.

Capta Hierosolyma, res Christianorum in Syria eo redactæ erant loci, ut nihil præter Antiochiam, Tripolim, Tyrumque, esset ipsis ibi reliqui; & his quidem oppidis Solimanus imminebat, Tyro præsertim, cui oppugnandæ classem adornare fama percrebuerat, ut hunc quoque portum, qui ad exscensiones opportunus Christianis unus illis in regionibus superat, pariterque spem quod ibidem amiserant recuperandi eis eriperet. Quamobrem, aliis Christianis Principibus, accepto Crucis signo, ad sacrum sese parantibus bellum, Guilelmus noster, ratus pro suo ardenti in Religionem studio, ad opem Tyro perferendam non esse interponendam moram, illuc vere ineunte prævalidam ductu Margaritoni transmisit classem: quæ ubi prælium cum Barbaris commisit, his tam male res cessit, ut ex illorum navibus nulla non fuerit

Presa Gerusalemme, le cose de' Cristiani in Soria erano a sì mal partito ridotte, che niente altro rimaneva lora fuorchè le Città di Tiro, di Antiochia, e di Tripoli; e queste pure Solimano stava per assalire, e specialmente Tiro, per espugnar la quale era comune voce, che apprestasse un' armata navale, per torre a' Cristiani ancora questo porto, che solo loro restava allo sbarco opportuno, e insieme la speranza di racquistare il perduto. Laonde, mentrechè gli altri Cristiani Principi, presa la croce, alla guerra sacra si apparecchiavano, il nostro Re Guglielmo, riputando pel suo ardente studio verso la religione non doversi indugiare il soccorso a Tiro, spedì nel principio di primavera colà poderosissima flotta sotto la condotta di Margaritone: la qual flotta come venne a combattimento co' Barbari, ebber costoro tale sconfitta, che niuna delle lor navi rimase, la quale stata non fusse o mandata a fondo,

rit aut depressa, aut incensa, aut capta.

do, od arsa, o presa.

Anno
1189.

Liberata sic ab hostili impetu Tyrus, classisque victrix in Siciliam regressa, tantum animi Guilelmo fecerunt, ut cum quingentis circiter navibus partim rostratis, partim onerariis, milite, armis, machinis, commeatu gravibus, ipsemet in Syriam trajeceret. At in exscensione ad Tripolim facta, dum ad recipiendam Ptolemaidam se comparabat, nuncius ei affertur de proximo in Siciliam adventu Philippi Galliæ Regis, & Ricardi, Henrici III. filii, & in Britanniæ Regno successoris, qui Messanam cum suis copiis convenire constituerant, ut cum ipso de sacri belli administrandi ratione conferrent, deliberarentque. Quare prætoriam conscendens Panormum festinanter se retulit; ubi parantem, quæ ad tales excipiendos hospites, simulque ad communem expeditionem expli-can-

L' essere stata così Tiro liberata dall' ostile assalto, e il ritorno della flotta vincitrice in Sicilia inanimirono cotanto Guglielmo, che con cinquecento navi in circa, parte da trasporto, e parte da guerra, molto bene d' arme, e d' armati, di macchine, e di provvisioni guernite, egli medesimo passò in Soria. Ma e' sbarcato in Tripoli, mentre preparavasi a ripigliar Tolemaide, ebbe contezza del prossimo arrivo in Sicilia di Filippo Re di Francia, e di Ricardo Re d' Inghilterra, figliuolo, e successore di Enrico III., i quali aveano stabilito di convenire con le loro forze in Messina per trattare, e deliberare con esso lui del modo di condur l' impresa della Crociata. Per la qual cosa salito sopra la Capitana rattamente ritornossi in Palermo; dove facendo l' apparecchio, che ad accogliere convenevolmente i Reali ospiti, e ad istrigare la comune spedizione, era ri-

 chie-

candam, opportuna erant, seque ad proficiscendum Messanam accingentem, gravi febre correptum, intra paucos dies, XIV, calendas Decembris, immatura intempestivaque præoccupavit mors, ætatis suæ anno trigesimo sexto, Regni vigesimo tertio ineuntibus, intestatum, ut plures tradunt, ut aliqui, Constantia, & Henrico dictis hæredibus. Elatus fuit nobili pompa, & quæ in Principum exequiis pulcherrima pompa ponenda est, populo effusis lacrymis, laudibusque funus prosequente. Ab justis ei solutis, ipsius corpus depositum fuit in majore Panormitana sacra Æde; mox relatum, ut ipse præscripserat, in Monregalense templum, conditumque in cæmentitio, ex tempore infra paternum monumentum excitato sepulcro, in quo, contraquam tanti Regis meritis conveniebat, jacuit, quoad anno MDLXXVIII. translatum fuit in marmoreum tumulum, quem ei loci eodem Ludovicus I. Turrius Archiepiscopus Monregalensis ære suo pro digni-

chiesto; e già stando in procinto di partir per Messina, da grave febbre sorpreso fra pochi giorni addì 18. di Novembre acerba, e intempestiva morte il prevenne, l'anno di sua età trentesimo sesto, e del suo Regno ventesimo terzo, non compiuti, senza aver fatto testamento al riferir de' più, a detta di alcuni con avere dichiarati suoi eredi Gostanza, ed Enrico. Con nobil pompa furono concelebrate le di lui esequie, accompagnate dalle divote lagrime, e lodi del popolo, che la più bella pompa dee ne' funerali de' Principi riputarsi. Dopo gli ultimi onori, a lui renduti, fu il suo corpo sepolto nella Cattedrale di Palermo; e quindi trasportato, com' egli avea prescritto, nella Chiesa maggiore di Monreale, e riposto presso il tumulo del Padre in un sepolcro, alla peggio di mura erettogli, e indegno veramente di tanto Re: dove sen giacque, finchè l'anno millesimo cinquecentesimo settantesimo ottavo fu trasferito in nobil avello di marmo, che Lodovico I. de Torres Arcivescovo di Monreale gli fece nel medesimo sito a sue

gnitate construendum curavit. Hæc translatio fuit concelebrata insigni apparatu. Archiepiscopus primum ossa Regis ab antiquo loculo coram universo Monregalensi populo, & ad lugubrem divinorum carminum cantum, extracta, una cum ejusdem capillis, quibus tempus pepercerat, quique flavum adhuc retinebant colorem, in nova, ornatioreque arca collocavit. His rite peractis, ad VIII. calendas Septembres post vespertinas preces, pro Regis manibus ab ipso Archiepiscopo solemni ritu dependas, arca Quæsitoris, Prætoris, Curatorumque Civitatis humeris delata per aream, templo adjacentem, religiosa pompa, quam ardentibus cereis Monachi, universusque Clerus ducebant, fuit in novum sepulcrum inclusa, præsentibus ad hæc Marco Antonio Columna, qui pro Rege Siciliam tum administrabat, Octavio Bosco Vicaris domino, Quæsitorum Magistro, Francisco Montecateno Paternionis Principe, Fabritio Columna Marci Antonii filio,

sue spese costruire. Questa traslazione fu celebrata con insigne apparato. L' Arcivescovo l' ossa del Re dall' antico monumento al cospetto di tutto il popolo di Monreale, e fra il lugubre canto de' salmi estratte insieme co' capelli di lui, a' quali avea il tempo perdonato, e che ancor serbavano il color d'oro, in una nuova cassa, e più adorna ripose. La qual cassa addì 25. di Agosto dopo il vespro, per l' anima del defunto Re solennemente cantato dall' Arcivescovo medesimo, portata sugli omeri dal Capitano, dal Pretore, e dagli altri del Magistrato della Città per l' ampia piazza, al tempio contigua, col religioso accompagnamento de' Monaci, e di tutto il Clero, ceri accesi portando in mano, fu nel nuovo tumulo racchiusa alla presenza di Marco Antonio Colonna Vicerè, ch' era allora, di Sicilia, d' Ottavio Bosco Conte di Vicarì, Maestro Giustiziere, di Francesco Moncada Principe di Paternò, di Fabrizio Colonna figliuolo di Marco Antonio, di Carlo d' Avolos, e di altri primarj Signori del Regno,

lio, & Carolo Avolo, aliisque Regni primoribus, atque effuso populi potissimum ex propinqua principe Urbe concursu. Turrius ornavit novum Regis sepulcrum duabus inscriptionibus, una soluta oratione, numeris adstricta altera, quæ sic se habent,

gno, e di gran moltitudine di popolo concorsavi principalmente dalla vicina Capitale. L' Arcivescovo Torres ornò il novello sepolcro del Re con due iscrizioni, scritta l'una in prosa, e l'altra in verso, le quali sono in questa sentenza.

D. O. M.

GUILELMO II. COGNOMENTO BONO REGI SICILIÆ;
QUI VIXIT ANNOS XXXVI.
TEMPLUM HOC VIRGINI DEI GENITRICI STATUIT;
CŒNOBIUM ILLI CONJUNCTUM EXTRUXIT;
MAGNIFICENTISSIMIS DONIS, ET VECTIGALIBUS DITAVIT,
MONTEMREGALEM A LUCIO III. PONT. MAX. METROPOLIM
CONSTITUENDAM CURAVIT,
SICILIAM TRIBUTIS LEVAVIT, PACIS, ET JUSTITIÆ CULTOR FUIT;
UT JUSTISSIMA, SIC EX SENTENTIA SEMPER BELLA CONFECIT.
SANCTAM SEDEM APOSTOLICAM CONTRA EJUS HOSTES OMNI OPE,
ET CONSILIO JUVIT.
OBIIT ANNO SALUTIS M. C. XXCIX.
DON LUDOVICUS DE TORRES ARCHIEPISCOPUS, NE TANTUS REX
SINE HONORE JACERET, PRINCIPI OPTIMO, ET RELIGIOSISSIMO P.
ANNO JUBILÆI MD. LXXV.

IN

IN ONOR DI DIO OTTIMO MASSIMO,
A GUGLIELMO II. SOPRANNOMATO IL BUONO, RE DI SICILIA,
CHE ANNI TRENTASEI VISSE.
INNALZO' QUESTO TEMPIO ALLA VERGIN MADRE DI DIO;
COSTRUSSE IL CONTIGUO MONISTERO;
DI ASSAI MAGNIFICI DONI, E RENDITE L' ARRICCHI';
ERGER FECE MONREALE DA LUCIO III. SOMMO PONTEFICE
A METROPOLI;
ALLEVIO' DALLE GRAVEZZE LA SICILIA. AMO' LA PACE,
E LA GIUSTIZIA. COME GIUSTISSIMAMENTE, COSI' SEMPRE
PROSPERAMENTE FE' LA GUERRA. LA S. SEDE APPOSTOLICA
CONTRA I NEMICI DI LEI CON TUTTO IL SUO POTERE,
E IL SUO CONSIGLIO SOCCORSE.
MORI' L' ANNO DI NOSTRA SALUTE 1189.
D. LODOVICO DE TORRES ARCIVESCOVO, AFFINCHE' TANTO
RE IN VIL TOMBA NON GIACESSE INONORATO, ALL'OTTIMO,
AL RELIGIOSISSIMO PRINCIPE ERESSE QUESTO MONUMENTO,
L' ANNO DEL GIUBILEO 1575.

INCLYTA QUAS VERBIS SAPIENTUM TURBA RECENSET,
VIRTUTES SOLUS FACTIS HIC PRÆSTITIT OMNES
EGREGIIS; QUARE BONIS ET COGNOMINE DICTUS;
UTQUE BONUS MAGNO LONGE EST PRÆSTANTIOR ILLO
MAJOR ALEXANDRO; SIC REX GUILELMUS HABETUR.
ARTIBUS IPSE ETENIM PACIS, BELLIQUE FUISTI
CLARUS, AT UT SEMPER JUSTA, ET PIA BELLA GEREBAS,
SIC QUOQUE LÆTA TIBI SEMPER VICTORIA PARTA EST.
ET NUNC, NE VILIS JACEAS, REX OPTIME, PRÆSUL
TE DECORAT TUMULO HOC LUDOVICUS TORRIUS AUREO
HOC IPSO IN TEMPLO, QUOD TU, GUILELME, DICASTI.

QUAE

QUANTE VIRTU' CONTA A PAROLE, E HA SPARTE
L' INCLITO STUOL DE' SAVJ IN DOTTE CARTE
NELL' ETA' PRISCHE PIU' FAMOSE, E COLTE,
TUTTE IN SE STESSO EI SOL MOSTRO' RACCOLTE,
EI SOL CO' FATTI MEMORANDI, EGREGJ,
ONDE IL NOME DI BUON CONVIEN, CHE IL FREGJ,
E COME BUONO D' ALESSANDRO IL GRANDE
GUIGLIELMO ASSAI MAGGIOR S' ESTIMA, E SPANDE
FAMA IL GRIDO DI LUI, CHE NON HA PARO.
PERO', CHE STATO SEI NELL' ARTI CHIARO
E DI PACE, E DI GUERRA, E OGNOR PIETOSE,
E GIUSTE L' ARMI HAI MOSSE, IL CIEL DISPOSE,
CHE TI FOSSE COMPAGNA OGNOR VITTORIA
I TUOI TRIONFI A ORNAR DI LIETA GLORIA.
OR PER NON PIU' LASCIAR VILE, ED OSCURA
GIACER TUA SPOGLIA ENTRO LE STESSE MURA,
CHE TU SACRASTI A DIO, QUAL PUOTE ONORE,
GRAN RE, TI FA, L' UMIL TORRES PASTORE.
QUELLA CHIUDENDO IN SEGNO D' ALMA GRATA
DI BIANCO MARMO IN QUESTA TOMBA AURATA.

Guilelmi vita, si annos numeres, perquam brevis fuit, admodum longa, si opera recenseas. Ejus mors luctuosa quidem subjectis accidit, utpote quæ ipsorum in medio veluti cursu fortunas interrupit; Regnumque in tot, tantasque calamitates, quot, & quan-

La vita di Guiglielmo, se contar vogliamo gli anni, fu brevissima, se annoveriamo i fatti, molto lunga. La morte di lui riuscì luttuosa a' sudditi, come quella, che intercise quasi a mezzo corso le loro fortune; e involse il Regno in tante, e tali calamità, quante, e quali indi gli vennero addosso; a lui

tuantæ in ipsum postmodum irruerunt, conjecit; uni ipsi felix, quippe quæ ei recte factorum cœleste præmium repræsentavit. Profecto quod vitio verti possit in Guilelmi vita nihil inest; nec aliqua desideratur virtus: virtutes siquidem avorum in eo uno conjunctas sua ætas admirata, nullius illorum vitii eumdem participem eo magis suspexit, quo, ut usu plerumque venit, posteri in majorum vitia magis, quam in virtutes dilabuntur. Religionem, quæ princeps est virtutum, coluit in primis; ad eamque ita humana retulit omnia, ut ad Religionem unice natus videretur. Hinc sacræ ædes ab eo extructæ; Ecclesiæ, Cœnobiaque amplis donata muneribus. Hinc ejusdem in sacra omnia reverentia, cultusque erga Pontificem Maximum, cæterosque sacros ministros observantia. Hinc contra Christiani nominis, vel Ecclesiæ hostes suscepta bella. Pudicitiam, castitatemque nunquam violavit, infecitque. Jam inde a puertia eam præ se gra-

lui solo felice, perchè delle sue rette azioni gli anticipò il celeste premio. Certamente cosa, che a vizio recar si possa, non avvi nella vita di Guglielmo; nè virtù alcuna vi manca: giacchè il suo secolo avendo ammirate in lui solo congiunte le virtù tutte degli Avi; di niun vizio di essi partecipe tanto più l'ammirò, quanto che, come suole non di rado avvenire, i posteri più ne' vizj, che nelle virtù de' loro antenati trascorrono. Egli amò soprattutto, e coltivò la Religione, che è la prima delle virtù; e a quella tutte le umane cose indirizzò talmente, e rivolse, che sol parea nato alla Religione. Quindi sacri Tempj da lui eretti, Chiese, e Monisterj di larghi doni arricchiti. Quindi l'osservanza, e il rispetto verso il Sommo Pontefice, e gli altri sacri Ministri. Quindi le guerre contra gl' infedeli, e nemici della Chiesa intraprese, e sostenute. La bella pudicizia, e castità non violò, nè contaminò giammai. Fino dalla sua fanciullezza tal gravità mostrò, che in uomo maturo non si potea desiderare maggiore. Parea col giudicio, e col

gravitatem tulit, ut in maturo ævi viro major desiderari non posset. Judicio, prudentiaque ætatem præcurrisse videbatur. Quis Princeps Principe nostro facilior, benigniorque? Quanta ejus in subditos misericordia, & benevolentia! Agebat cum his non secus ac cum æqualibus; neminemque a se dimittebat non lætum, votique compotem: nihilque potius cupiebat, quam amari a suis, persuasum habens nullum esse imperium tutum, nisi benevolentiâ munitum. Præ cæteris eos amplexabatur, inque oculis ferebat, qui aliqua indigebant ope: nullumque Christianæ caritatis officium ab se præteritum, neglectumque patiebatur. Apud ipsum licitum, tutumque unicuique fuit sentire quod vellet; dicere non secus ac sentiret. Cæterum pulchro quidem, sed non tam facili fœdere clementiam cum justitia conjunxit; ab justitia asperitatem, duritiemque sejunxit. Si unquam fuit quisquam magnificus, beneficusque Rex, is profecto fuit

e col senno aver prevenuta l' età. Qual Principe fu del nostro Principe più affabile, e benigno? Quanta misericordia, e benevolenza inverso de' sudditi! Trattava con esso loro, come co' pari; e niuno, se non lieto, e consolato da se accommiatava: nè cosa desiderava più fortemente, che esser amato da' suoi, ben persuaso, niun impero esser sicuro, se non munito dall' amor de' sudditi. Sovra tutti accarezzava, e coloro riguardava, che di sollievo abbisognavano, non comportando, che da lui alcuno offizio di carità tralasciato, o trascurato venisse. Presso di lui era sicuro, e lecito ad ognuno sentir ciò, che volea, e parlare, come la sentiva. Per altro con bella veramente, ma non tanto agevole lega congiunse la clemenza colla giustizia; separò dalla giustizia l' acerbità, e la durezza. Se vi fu altro Re giammai magnifico, e benefico, il nostro Guglielmo fu desso certamente; e pure niun Re meno di lui da' suoi sudditi riscosse, tantochè sotto il suo governo in certo modo parean vivere da' dazj esenti; e coloro fra' Re suoi Successori, che si mise-

fuit Guilelmus; attamen e Regibus nemo unus minus ac ipse a subjectis exegit, adeo ut, ipso regnante, a vectigalibus quodammodo vacui vivere viderentur; & ii ex ejus successoribus, qui sublevare populos sibi proposuerunt, hoc unum satis habuerint praescribere, id tantum a populis in aerarium conferendum, quod sub Guilelmi nostri regno tribuebatur. Identidem illum Principe sane dignam usurpabat sententiam, tum Regem esse divitem, quum subditi bonis affluant. Parentes summo in honore habuit. Gratus erga praeceptores, ut qui maxime. Conjugem, etsi non foecundam, unice dilexit, non illius id vitium, sed naturae esse dictitans; eamque consolabatur, quod eo gaudio, solatioque, quod foeminae ex liberorum procreatione, consuetudineque maximum capiunt, careret. Literas adamabat; eæque ut in suo quam maxime florerent regno summopere studuit. Nemo, qui ali-

fero in animo di alleviare i popoli, stimarono sufficiente questo solo ordinare, ch' eglino quel tanto contribuissero al Regio erario, che al tempo del nostro Guglielmo contribuivasi. Tratto tratto in bocca avea quella sentenza degna d' un Principe, che allora è ricco il Re, quando i sudditi abbondano di beni. Ebbe i genitori in somma riverenza, ed onore. Fu tanto a' precettori grato, quanto altri il può esser mai. Amò la sua consorte unicamente, e l' ebbe cara, comecchè sterile, solendo dire, che la sterilità colpa della natura era, non sua; anzi racconsolavala, perchè priva era di quel godimento, e conforto, che sommo dall' avere de' figliuoli ricevono le donne. Grandissimo amore portava alle lettere: e perchè queste nel suo Regno fioriffero si studiò sommamente. Niuno fu, che eccellente fosse in qualche facoltà, ed arte, il quale avuto non abbia in istima. Siccome guerre mai non intraprese, se non giusta, e pia; così valorosamente, e felicemente

aliqua facultate, vel arte floreret, in pretio non habitus. Bella, ut justa, piaque nunquam non suscepit, sic bene semper, feliciterque gessit (a). Quum ipse exercitum per se duceret, a signifero crucem pro vexillo præferendam constituit, quo Deum exercituum sibi præsentem haberet, ducemque sequeretur (b). Quæ omnia quum in Guilelmo eximia fuerint, quid mirum, si, eo regnante, pax, tranquillitas, justitia, æquitas regnarint? Tuti, conservatique fines? Imperium amplificatum? Nullus nautis a piratis, viatoribus a latronibus metus? Regnum ornatum pacis artibus? Gloria gentis belli artibus aucta? Quid mirum

guerreggiò mai sempre (a). Stabilì, che, qualora egli stesso conducesse l'esercito, gli fusse dall'Alfiere portata innanzi in vece del vessillo la croce, affinchè favorevole il Re degli eserciti avesse (b). Le quali cose tutte state essendo in Guglielmo eminenti, qual meraviglia, se, regnante lui, la pace, la tranquillità, la giustizia, e l'equità regnarono? Se furono sicuri, e conservati i confini? Se il dominio dilatato? Se a' naviganti niun timor de' pirati; e timor niuno ai viandanti d'assassini? Se fu il Regno delle arti della pace adorno; e per l'arti della guerra accresciuta la gloria della nazione? Qual maraviglia, se i sudditi lo amarono come padre; gli stra-

(a) Nummi, Guilelmo nostro regnante cusi, palmam signatam exhibent, ut videre est apud Sigebertum Havercampum in Philippi Parutæ numismata Siculæ, forsitan ad indicandas victorias, quas is ab hostibus frequentes reportarat.

(b) Hoc liquet ex signo, quod in non paucis Regis nostri diplomatibus, ut inter alia in illo donationis propter nuptias Reginæ ejus uxori factæ appositum est; in quo impressa crux cum hac inscriptione cernitur: *hoc signum sibi præferri a vexillifero facit, quum ad bellum aliquod procedit.*

(a) *Le monete, coniate sotto il Regno di Guglielmo, portano impressa una palma, come può vedersi presso Sigeberto Avercampo sovra le monete di Sicilia di Filippo Paruta, forse per indicare le frequenti vittorie, da lui riportate.*

(b) *Ciò comprovasi dal suggello, che in non pochi diplomi del nostro Re, come fra gli altri in quello della donazione, a cagion delle nozze fatta alla Regina sua moglie, è apposto, nel quale si ravvisa impressa la croce con questa iscrizione* si fa portare avanti dall' Alfiere quello segno, quando va a qualche guerra.

rum, si eum subjecti ut parentem amarint; exteri suspexerint; Principes observarint; hostes timuerint? Quid mirum, si æquales Regi nostro scriptores omnes ad unum, & qui eo vivo, & qui extincto, de ipso loquuti sunt, certatim summis eum extollant laudibus? Quod Principibus haud facile contingit: nam habent ipsi plerumque, pro ut est cujusque affectus, ut æquos, ita iniquos suorum facinorum æstimatores (a).

Quid

mieri lo ammirarono; il rispettarono i Principi; il temettero i nemici? Qual maraviglia, se tutti gli scrittori, niun eccettuato, suoi contemporanei, e quelli, che lui vivente, e gli altri, che dopo la sua morte scrissero di lui, l'acclamano a gara, ed esaltano con somme lodi? Cosa veramente da riputarsi singolare: imperocchè il più delle volte hanno i Principi dell'opere loro secondo la passion di ciascuno come giusti, così ingiusti estimatori (a).

Qual

(a) Ex elogiis, quæ scriptores coævi Guilelmo tribuerunt, sufficit hic transcribere illud Ricardi a Sancto Germano dicti, cujus hujusmodi est sententia. *Tempore, quo Rex ille Christianissimus, cui nullus in orbe secundus, Regni hujus moderabatur habenas; qui inter omnes Principes Princeps sublimis, & abundans in omnibus operibus erat; stirpe clarus, forma elegans, virtute potens, sensu pollens, divitiis opulentus, erat flos Regum, corona Principum, Quiritum speculum, nobilium decus, amicorum fiducia, hostium terror, populi vita, & virtus miserorum, inopum, peregrinantium salus, laborantium fortitudo. Legis, & justitiæ cultus tempore suo vigebat in Regno. Sua erat quilibet sorte contentus. Ubique pax, ubique securitas. Nec latronum metuebat viator insidias, nec maris unda offendicula piratarum. Sed licet tot, & tantis ditaverit, & donaverit bonis is, per quem Reges regnant, ac Principes dominantur, feceritque illum præ cunctis terræ Regibus gloriosum, in hoc tantum inglorium illum reddidit, quod eum prolis negatione mulctavit. Conclusit*

eum

(a) *Dagli elogj, che a Guglielmo gli scrittori del suo secolo fecero, basta qui trascrivere quello di Riccardo di San Germano, il quale in questa maniera s'esprime.* Nel tempo, che quel Re Cristianissimo, il quale non ebbe pari al mondo, governava questo Regno, che fra tutti i Principi Principe eccelso, e magnifico era in tutte l'opere, chiaro per sangue, ornato d'ogni grazia, e di beltà, valoroso, e possente, savissimo, di ricchezze dovizioso, il fiore de' Regi, la corona de' Principi, lo specchio de' Romani, il pregio, e l'onor de' nobili, la speranza degli amici, lo spavento, e il terror de' nemici, la vita del popolo, il sostegno de' miseri, de' poveri, la salvezza de' pellegrini, la fortezza degli afflitti. L'osservanza della legge, e della giustizia al suo tempo nel Regno era in vigore. Ciascuno vivea della sua sorte lieto, e contento. Da per tutto pace, da per tutto sicurezza. Nè il viandante temea le insidie degli assassini, nè il navigante i lacciuoli, e gl'intoppi de' pirati. Ma sebbene di tanti, e tali beni, e doni arricchito l'abbia quegli, per cui regnano i Re, e i Principi signoreggiano, e fatto l'abbia sopra i Re della

ter-

Quid denique mirum, si Guilelmus id, quod pauci ad-

Qual maraviglia in fine, se quel vanto, che acquistato han-

enim uterum consortis illius, ut non pareret, vel conciperet filium, & ne relinqueret sibi superstitem super terram. Quapropter considerans Rex ipse felicitatis sua tempora a Domino accepisse; & quod eum absque liberis fore fecerit infelicem, cogitavit, ut sapiens sapienter placaret Dominum, ut fecundum redderet, quem sterilem fecerat, cogitavit de thesauris suis aedificare sibi domum Montisregalis ad honorem gloriosae Virginis Matris ejus, quam ditavit, compsit, & auxit. Ditavit possessionibus, compsit auri ornatu, auxit & musivo opere, lapidumque pretiosorum colore diverso, & talem ad finem usque perduxit, qualem nullus Regum, aut Principum in toto terrarum orbe construxit temporibus nostris. Et paucis interjectis. Anno MCLXXXIX. *Accidit autem processu temporis, ut Rex ipse (cujus memorialis in saeculum) sicut Domino placuit, sine liberis mense Novembri decederet, cujus decessum, a cunctis Regni filiis merito deplorandum, desiers hac rhythmica lamentatione percensui.*

terra glorioso, nondimeno in ciò il fosse innonorato, perchè, prole negandogli, lo privò di potere in quella trasfondere, e propagar la sua gloria, imperocchè chiuse l'utero della sua consorte, affinchè non partorisse, o concepisse figliuolo, e non gli lasciasse successore. Per la qual cosa lo stesso Re, considerando d'avere ricevuto da Dio i giorni della sua felicità, perchè la sorte l'avea fatto senza figliuoli infelice, pensò, affinchè come savio saviamente placasse Dio nostro Signore, ond'egli feconda rendesse colei che sterile avea creata, pensò di fabbricare a proprio vantaggio in Monreale co' suoi tesori una casa ad onore della gloriosa Vergine Madre di Lui che arricchì, ornò, ed accrebbe. Arricchì di possessioni, ornò co' fregi d'oro, e accrebbe co' lavori di musaico, e colori diversi di pietre preziose, e tale fino al termine la condusse, quale da niuno fra' Re, o Principi in tutto il mondo a tempi nostri è stata edificata. *E dopo poche parole soggiunge. L'anno 1189.* Avvenne poi coll'andar del tempo, che lo stesso Re, la cui memoria durerà ne' secoli, come piacque al Signore Iddio, morì senza figliuoli nel mese di Novembre. La cui morte, degna a ragion del pianto di tutti i figliuoli del Regno, ho stimato, che per me si compianga con questa rimata lamentazione.

Plange planctu nimio, Sicilia:
Calabriae regio, Apulia, Terraque laboris,
Vox maeroris intonet, ac personet nostris oris,
Suspendatur organum omnis oris.
Rex noster amabilis, virtute laudabilis,
Aevo memorabilis Guilelmus decessit.
Mors crudelis hunc oppressit.
O infelix Regnum sine Rege;
Jam non es sub lege.
Praesules, & Comites, vos Barones,
Plangite planctu lacrymabili;
Vos Matronae nobiles, Virgines laudabiles,
Olim delectabiles, & voce cantabiles
Modulata; estote nunc flebiles in turbata.
Jacet Regnum desolatum, dissolutum, & turbatum;
Sicque venientibus cunctis patet hostibus.
Est adhuc dolendum, & plangendum omnibus.
Omnes Regni filii, tempus exterminii

Vo-

admodum adepti sunt, obtinuerit, ut scilicet Boni cognomine designaretur? Adeo ve-

hanno pochissimi, egli consegui, cioè d' essere col soprannome di Buono chiamato? Tanto

Vobis datum flere; hoc verbum gaudere
Vobis est sublatum. Tempus pacis gratum
Est absorptum. Jam ad ortum, & occasum
Sonuit: Rex Gulielmus abiit, non abiit.
Rex ille magnificus, pacificus,
Cujus vita placuit Deo, & hominibus.
Ejus spiritus Deo vivat caelitus.

Piangi, Trinacria, discinta il manto,
Forte piangete, Pugliesi, e Calabri,
E tu, Campania, ti stempra in pianto.
Sola mestizia, dogliosi stridi
Sul nostro labbro sempre risuonino,
Il cielo ingombrino, e i nostri lidi.
Il nostro amabile Sovran Signore,
Per virtù chiaro, e memorabile
Chiuse del vivere ahi! l' ultim' ore.
L' inesorabile, che tutti fiede,
Morte crudele, negli anni floridi
L' oppresse, e premelo con freddo piede.
O Regno misero, e sventurato,
Del tuo Re privo, da sua dolcissima
Legge vai libero, abbandonato,
Prelati, Nobili, Baroni, e Conti,
Piangete, e tristi vostr' occhi siano,
D' amare lagrime perenni fonti.
Con voci flebili, con mesti accenti
Accompagnate, vi prego in grazia,
I comun gemiti, gli alti lamenti,
Voi degne Vergini, Matrone illustri,
Di questi liti già onor, delizia,
Per voce armonica, per note industri,
Nel lagrimevole stato sconvolto
Gite or dolenti, e gite squallide,
Di trista nebbia ingombre il volto,
A terra languido il Regno geme.
Caduta in fondo, e morta mirasi,
Per non più sorgere, sua speme,
Così non restagli qual dove spere.
E così il varco dischiuso lascia,
A quante vengano nemiche schiere,
Tutti di doglia cagion pur hanno,
Tutti, o del Regno figli, a voi gemere
S' aspetta, e piangere l' estremo danno,
Di pace amabile in un momento
Sparve il sereno: fino il dolcissimo
A voi di gaudio bel nome è spento.
Dall' onde Esperie ai liti Eoi
Già di Guglielmo risonar odesi,
Nè morì, placido partì da noi

verum est, Rege nostro praeclarum ad id documentum praebente, tantum abesse, ut religio, & pietas commodis, decorique & Principum, & populorum, officiant, quin ad felicitatem, gloriamque & Principum, & populorum, nihil magis, quam religio, & pietas conducant.

Ecclesia Monregalensis, quae sane quod est, quodque habet, Guilelmi debet beneficentiae, non unum, aut alterum grati animi monumentum illius memoriae reddere gloriatur. Emortualem ejus diem solemni funebri ritu, luctuque publico recolit, piaculare sacrum Archiepiscopo solemniter faciente, cunctisque Sacerdotibus ex lege sacri conventus a Cardinali Francisco Peretto Montalto habiti, ipsius manes pariter expiantibus (a). Pauperibus ex praescripto stipes distribuitur. Is dies prope se-

zo è vero, e Guglielmo ne può esser illustre documento, che tanto manca, che la religione, e la pietà s' opponga a' vantaggi, e al decoro e de' Principi, e de' popoli, che anzi nulla più quanto la pietà, e la religione alla felicità, e gloria e de' Principi, e de' popoli conduce.

La Chiesa di Monreale, la quale e l'esser suo, e quanto ha, tutto dee alla beneficenza di Guglielmo, si pregia di rendere alla memoria di lui alcune testimonianze di gratitudine. Nel giorno anniversario della sua morte con solenne funerale pompa, e con lutto pubblico ne rinnovella la memoria, celebrandosi in suo suffragio il Divin Sacrifizio dall' Arcivescovo solennemente, e i loro Sacrifizj da tutti i Sacerdoti della città per l'anima di lui ancor applicandosi, e ciò in vigor del decreto del Sinodo del Cardinal Francesco Peretto Montalto (a). Si dee compar-

Quel Re magnifico, di pace amante,
Che a Dio sen visse diletto, e agli uomini
Per doti egregie, per opre sante.
Or la bell' anima, che senza il velo
Noi lasciò in pianto tra queste tenebre,
Lieta a Dio vivasi mai sempre in Cielo.

(a) Synodus Cardinalis Francisci Peretti Montalti Archiepiscopi Montega- *(a) Il Sinodo del Cardinal Francesco Peretto Montalti Arcivescovo di Mon-*

leu- rea-

feriatus Monteregali habeatur. Singulis calendis eidem menstruales inferiæ fiunt. Et quotidie post matutinas, vespertinasque Divinas laudes, quæ in principe templo celebrantur, piaculares pro eodem preces funduntur.

Qui ex nostris Gulielmi legerint vitam, haberent profecto, quod tantum bonum illius ætatis hominibus inviderent, ni Dei optimi maximi beneficio, quemadmodum in Guilelmo tam felix a pueritia præluxit indoles, ut majores nostri qualis is futurus esset Princeps, ominari potuerint, nec

partere a' poveri larga limosina, Questo di quasi feriato in Monreale si reputa. Ogni primo giorno del mese se gli fanno l'esequie; e giornalmente dopo il matutino, e il vespro pubbliche preghiere di espiazione a Dio per lui si porgono.

Coloro tra noi, che leggeranno la vita di Guglielmo, avrebbon ragione d'invidiare tanto vantaggio, e tanta sorte agli uomini di quel tempo. Ma la buona mercè di Dio, siccome in Guglielmo dalla fanciullezza indole così felice traluffe, ch' essi, qual Principe sarebbe un giorno per essere, poterono presagirsi, nè

lensis cap. VII de anniversariis, & deferendis cadaveribus ad Ecclesiam. *Ne unique Serenissimi Regis Gulelmi, cognomento Boni, memoria deperent, qui Regia plane munificentia & singulari pietate nostram Metropolitanam Ecclesiam & a fundamentis excitatam ornavit, & dotavit, die decima octava Novembris, (si Dominica non fuerit impedita, quia tunc in feriam secundam transfertur) non solum ejus tumulum solemni pompa volumus ornari, sed etiam omnibus in hac nostra Civitate degentibus Sacerdotibus præcipimus, ut sacrum pro illius anima Deo offerant, & Ministri omnes Ecclesiæ, & officiales Civitatis adsint nobis Pontificaliter celebrantibus.*

renalo nel capitolo VII. intorno agli anniversarj, e al portar i morti alla Chiesa così prescrive. Affinchè la memoria del Serenissimo Re Guglielmo, sopranomato il Buono, non venga meno mai, il quale con magnificenza veramente Reale, e pietà singolare ha la nostra Metropolitana Chiesa e dalle fondamenta innalzata, e ornata, e dotata, vogliamo, che addì diciotto di Novembre (se non avverrà in giorno di Domenica impedita, perchè allora si rimetterà alla feria seconda) s' adorni non solamente il suo tumulo con solenne apparato, e pompa, ma ordiniamo ancora a tutti i Sacerdoti abitanti in questa nostra Città di offerire a Dio il santo Sacrifizio per l'anima di lui, e a tutti i Ministri della Chiesa, e agli Officiali della Città d' intervenire alla Messa, che noi Pontificalmente celebreremo.

nec eos spes fefellit; sic in adolescente Rege nostro Ferdinando tale ingenium, similitudo talis morum, queis augustus ejus genitor (a) nos florentes, beatos-

andarono di loro speranza falliti; così nel giovanetto Re nostro Ferdinando tale natura, e tale somiglianza di costumi risplendono, onde l' augusto suo Padre (a) fiorit, e bea-

(a) Carolus nempe Borbonius. Is Siciliæ Regnum a Philippo Patre, Hispaniarum Rege, sibi recuperandum datum, ut sua virtute, adolescens quamvis, feliciter in suam redegit potestatem, sic receptum, pacatumque, sua sapientia tam bene constituit, exornavitque, ut quam dulce, quam utile, quam gloriosum esset populis Principem habere proprium nos plane docuerit. Ob Ferdinandi fratris majoris natu, sine prole excessum, ad Hispaniarum Regnum hæreditario jure vocatus, Siciliæ Regnum Ferdinando filio, per ætatem imperio nondum maturo, per manus tradidit, eum Purpuratorum, quos probatissimos, consultissimosque habebat, tutelæ, consilioque concredens. Qui munus suum tanta præstiterunt fide, prudentia, integritate, abstinentia, facilitate, justitia, concordia, ut, si non sine animi horrore legi possunt, quæ in pupillari Gulielmi ætate vitio illorum, quibus Regis tutela, Regnique procuratio demandata fuit, accidere tristia, non sine admiratione, ac voluptate in historiis nostri temporis legi poterunt, quam tranquille, probe, commode, res & domestica, & publica gesta sit ab iis, quos Carolus tutores, consiliariosque ad regendam infirmam filii ætatem, a nobis excedens, reliquit. Mirum porro quanta Gulielmum nostrum inter, & hunc Principem ejus consanguineum morum habeatur, studiorumque similitudo! Gulielmo siquidem virtutes, queis præstitit, boni cognomen peperere. Et Carolus quanam virtute non præstat, qua optimus æque dicatur? Gulielmus, quum puer adhuc in Regnum successisset, in summa potestate summam vitæ in-

(a) Carlo, cioè, di Borbone. Questo Principe il Regno di Sicilia, datogli a ricuperare da Filippo suo Padre, Re delle Spagne, come col suo valore felicemente, sebbene giovanetto, in suo potere ridusse così racquistatolo, e in pace ridottolo talmente colla sua saviezza ben regolato, e adorno renderte, che quanto ai popoli dolce, quanto utile, quanto glorioso sia l' avere il Principe proprio chiaro appieno ci fece. Per la morte di Ferdinando suo fratello maggiore senza prole chiamato per ereditario diritto al Regno delle Spagne, quello di Sicilia a Ferdinando suo figliuolo, per età non ancora al comando maturo, trasmise, confidandolo alla tutela, e al consiglio de' più riputati, e savj Signori della sua Corte. I quali il lor dovere con tanta fedeltà, prudenza, probità, integrità, piacevolezza, giustizia, e concordia adempierono, che, se non senza orrore legger si possono i sinistri, i quali nella pupillare età di Guglielmo per colpa di coloro, a cui la tutela del Re, ed il governo del Regno furono affidati, seguirono, non senza ammirazione, e piacere legger potrassi nelle storie del nostro tempo, quanto tranquillamente, innocentemente, e utilmente e gli affari della Casa Reale, e i pubblici furono maneggiati dai tutori, e consiglieri, che Carlo da noi dipartendosi al reggimento lasciò della tenera età del figliuolo. Maravigliosa somiglianza di costumi, e d' inclinazioni riscontrasi fra il nostro Guglielmo, e questo Principe suo consanguineo, conciossiachè, se l' eccellenti sue virtù a Guglielmo il soprannome de Buono procacciarono, in quale virtù Carlo non segnalasi, perchè del pari ottimo dir non si possa? Guglielmo succeduto essendo al Regno ancor giovanet-

tosque reddidit, emicant, ut eadem, qua illi sub Guilelmi, nos sub Ferdinandi regno felicitate perfruituros con-

beati ci rendè, che possiamo ben confidarci di avere a fruire quella felicità medesima, che sotto il Regno di Guglielmo gli

---

tegritatem retinuit. Carolus propè ejusdem ætatis Regnum administrandum suscepit: & de morum innocentia, gravitateque, quas secum ex optimorum parentum disciplina, & exempla, veluti amicas comites, fidasque socias, adduxit, ne tantillum quidem remisit; quamquam eis regionibus venit imperatum, beatis adeo, deliciisque affluentibus, ut effeminare, emollireque, bellis induratum, victoriisque, Annibalis ferocem animum potuerint. Opera & sacra, & publica, a Guilelmo exstructa magnificentissime, non pauca memorantur. Horum aliquibus tempus pepercit. At quænam ætas destruere unquam poterit, quæ Carolus non minus magnifice excitavit, Neapolitanum portum, ut aliqua recenseam, Neapolitanum item, & Panormitanum pauperum domicilia, quæ qui aspicit, paupertatem squalidam esse, & humilem tantum non obliviscitur, suburbana Porticorum, & Capitis Montis, Casertæ villam, quæ quando ei fastigium imponetur, haud ulli ex tot Regiis villis, quæ maxime celebrantur, erit secunda? Neque modo Regnum exornavit, nova opera excitando, sed illa itidem eruendo, inque lucem efferendo, quæ sepulta jacebant, Herculani, inquam, reliquias, igneis Vesuvii torrentibus sic obrutas, ut in cinerem redactæ crederentur, unde tanta antiquitati lux allata, tantaque data eruditis eam illustrandi opportunitas, & copia. Ex nostris Regibus nemini ante Carolum in beneficentia Guilelmus cedebat. At Carolus tot, ac talibus beneficiis Siculos cumulavit, ut in hoc omnes, qui ante regnarunt, superarit, omnibus, qui post regnaturi sunt, spem ipsum superandi eripuerit. Nihil enim, quod ad illarum præsidium, dignitatem, opulentiam, cultum, felicitatem facere posset, reliqui fecit. Classibus ma-

re, in sommo potere somma ritenne integrità di vita. Carlo prese ad amministrare il Regno quasi dell' istessa età; e della innocenza, e della gravità de' costumi, le quali dalla disciplina, e dagli esempj degli ottimi genitori, come fedeli, ed amiche compagne, seco lui condusse, punto non rimise giammai, comechè venuto a comandare fosse in contrade amene cotanto, e deliziose, che ad effeminare, ed ammorbidire valevoli furono l' indurato nelle guerre, e dalle vittorie insuperbito, e feroce animo di Annibale. Opere e sacre, e pubbliche non poche si rammentano da Guglielmo assai magnificamente fabbricate. Ad alcune di esse ha il tempo perdonato. Ma quale età potrà unqua mai distruggere quelle, che Carlo non men magnificamente ha erette, il porto Napolitano, per annoverarne alcune, gli alberghi de' poveri di Napoli, e di Palermo, che chi li guarda, quasi si dimentica la povertà squallida essere, ed umile, le ville di Portici, e di Capo di Monte presso la Città, e quella di Caserta, la quale, quando sarà a perfezione condotta, a niuna cederà delle più celebrate Reali Ville? E non solamente adornò il Regno, nuove opere ergendo, ma quelle altresì traendo fuori, e in luce tornando, che sepolte giacevano, gli avanzi, dico, di Ercolano da' torrenti di fuoco del Vesuvio così coverti, ed oppressi, che in cenere ridotte credevansi, onde tanta si è recata luce all' antichità, e tanta d' illustrarla si è data occasione, e campo agli Eruditi. A niuno de' nostri Re, prima di Carlo, Guglielmo in beneficenza cedeva. Ma di tanti, e tali beneficj ha Carlo le due Sicilie ricolme, che in ciò quei, che prima di lui son regnati, ha superato, e a quei, che dopo di lui regneranno, la speranza di superarlo ha tolta. Imperocchè cosa alcuna non ha tralasciata, che alla loro sicurezza, dignità, opulenza, cultura, fe-

confidere possimus. Hac autem felicitate, qua nulla major contingere populis potest, ut scilicet a bonis re-

gli antichi nostri provarono. Di cotesta felicità però, della quale niun'altra maggiore non può a' popoli accadere, di esser

---

mare, copiis fine tuti. Excitatæ in Neapolitanis, Siculisque, virtus militaris, bellique artes. Usque eo provectum, amplificatumque commercium, resque nautica, ut alias nunquam nec pluree proprias naves, neque a tam longinquis oris tardos propriarum navium reditus, utriusque Regni portus aspexerint. Exculta scientiarum, liberaliumque artium studia. Instauratæ literarum Academiæ. Comparata collegia, in quibus nobiles adolescentes moribus, facultatibus, artibus, eorum conditioni consentaneis, informarentur. Inducta nova artificia. Equestris Ordo, Divo Januario sacer, ut optimates novis honoribus ad præclara gesta magis, magisque excitarentur, institutus. Latæ opportunæ leges ad rempublicam qua emendandam, qua perficiendam. Præclusus exteris hominibus ad Sacerdotia aditus. In magistratibus demandandis, nullus gratiæ locus, nullaque opum ratio. Non elati ad publica munia, nisi qui virtute, ac doctrina commendarentur. Viri cum probitate, tum publicæ rei gerendæ prudentia præstantissimi in consilium adsciti, selectique ab epistolis. Missi ad nos, qui vicariam Regis exercerent potestatem, proceres nobilissimi, qui regias virtutes æque, ac regium imperium exprimerent. Duo maxima mala, bellum, & pestilentia, inito veluti truci fœdere, Siciliæ Regnum sine tempore uno adorta. Pestilentia providis Caroli consiliis, contraquam usu evenit, prope eo loci, ubi improviso erupit, sese continuit, cumque, quam sperari poterat, exstincta est. Bellum ut a suis populis Carolus propulsaret, omnibus militiæ laboribus, omnibusque martis casibus, extra fines exercitum per se ipsum adolescentulus quamvis, educens, se objecit; adeo ut populi nihil aliud detrimen-

felicità condur potesse. Assicurati colla flotta il mare, colle milizie i confini. Eccitata ne' Napolitani, e ne' Siciliani lo virtù militare, e le arti della guerra. Promosso a tal segno, e ampliato il commercio, e la marineria, che in altro tempo i porti de' due Regni non viddero giammai nè tante navi proprie, nè da tanto lontani lidi i tardi ritorni delle proprie navi. Coltivati gli studj delle scienze, e delle arti liberali. Ristorate le Accademie letterarie. Apprestati collegj, dove la nobile gioventù ne' costumi, nelle scienze, e nelle arti, proprie della sua condizione, si ammaestrasse. Introdotti nuovi lavorj, e manifatture. Instituito l'ordine equestre di San Gennaro, onde con nuovi onori fussero gli Ottimati ad illustri imprese sempre più animati. Promulgate leggi opportune, dove a riformare, dove a perfezionare le pubbliche cose. Chiuso agli stranieri l'adito alle Prelature, e beneficj Ecclesiastici. Nella elezione de' Magistrati niun luogo a grazia, e favore, niun riguardo a ricchezze, e a potenza. Non promosse alle pubbliche cariche se non persone per virtù, e dottrina ragguardevoli. Uomini sì per probità, e sì per prudenza nel maneggio de' pubblici affari eccellentissimi ammessi nel Consiglio di Stato, e scelti per Segretarj. Mandati a noi per Viceré Signori nobilissimi, i quali del pari, che il Regio impero le Regie virtù rappresentassero. Due sommi mali, la guerra, e la pestilenza, fatta come tra loro crudel lega, il Regno di Sicilia ad un tempo assalirono. La pestilenza per li provvidi consigli di Carlo contra ciò, che succeder suole, presso che nel luogo, dove all'improvviso scoppiò, si contenne, e prima di quel, che sperar potevasi, si estinse. Per respingere, e tener lontana da' suoi popoli la guerra, Carlo ai travagli tutti della milizia, e agli incerti, e varj casi delle marziali imprese,

ti

ne-

regantur Principibus, majoribus nostris ob Gulielmi sine prole a vita discessum diu uti non fuit datum: nos eamdem posteris nostris ex faustissimis nuper inter Regem

ser cioè da buoni Principi governati, non fu a' nostri maggiori, stante la morte di Guglielmo senza prole, di godere lungamente conceduto: ma, che i nostri posteri ne goderanno

---

ti praeter pro tam caro capite animi sollicitudinem, trepidationemque, ex tam infesto bello acceperant. Quod quidem incommodum fuit eis deinde abunde compensatum laetitia, ac gratulatione, quam ex ejus, repulsis hostibus, felici triumphalique perceperere reditu. Quod nos longius, quam fortasse locus iste ferret, aliquid de hujus, omni cumulati laude Principis, laudibus dicendo, vagati simus, aequi bonique lector faciat. Nam, si in nostram Ecclesiam collata a Gulielmo beneficia nos impulerunt, ut grati animi ergo vitam, resque ejus gestas, literis, utcumque potuimus, mandaremus, beneficia itidem in nos numerosa licet, nec talia quidem opinantes, a Carolo velut profusa, nos perpellunt, ut pariter gratiae referendae causa nullum praetermittamus locum hujus laudes pro nostra tenui facultate literis consignandi. Praestare id quidem in aliis nostris editis libris conati sumus; sed tum, quum Carolus magna cum nostra felicitate, & sua gloria, apud nos regnabat. Cupiebamus propterea maxime, nobis aliquem idem praestandi locum dari, eo a nobis absente, atque alia ampliora Regna fortunante, ut sera posteritas intelligeret, nullam nec temporis, nec loci distantiam, nullamque rerum vicissitudinem, ex animo nostro memoriam ejus in nos meritorum delere potuisse. Annuat Deus optimus maximus nostris justis votis, & optimum hunc Regem ad tot Regnorum bonum, & ut diu suo filio ejus carissimo, dulcissimo Regi nostro, bene regnandi exemplo sit, quam diutissime sospitem servet & incolumem.

avvegnacchè giovanetto, siccome i confini l'esercito con incendio, si espose, tanto che i popoli fuori della sollecitudine, e del timore per vita tanto cara non altro disagio da così infesta guerra sentirono. Il quale incomodo fu loro dappoi abbondevolmente compensato d'alta gioja, ed allegrezza, onde furono ricolmi, respinta la poderosa oste nemica, pel suo fausto, e trionfale ritorno. Prenderà in buona parte il Leggitore, che noi forse più oltre di quel, che a questo luogo convenuto si fusse, in dicendo qualche cosa delle lodi di questo lodatissimo Principe, trascorsi siamo. Imperocchè, se i benefizj fatti alla nostra Chiesa da Guglielmo, ci han per gratitudine spinti a scrivere, giusta nostra possa, la vita, e le gesta di lui, i benefizj parimente in noi quantunque immeritevoli, ed oltre ad ogni nostra aspettazione, come a piena mano da Carlo versati, ci spronano in rendimento altresì di grazie di non tralasciar luogo di scrivere secondo la tenue facoltà nostra le lodi di tanto Principe. Ci siamo, è vero studiati di farlo in altre opere da noi date alla luce; ma allora quando Carlo con somma sua gloria, e nostra felicità regnava appresso di noi. E però sommamente desideravamo, che ci fusse data qualche occasione di similmente adoperare, lui lontano essendo, ed altri più ampj Regni felicitando, acciocchè la tarda posterità intendesse niuna distanza di tempo, e di luogo, e niuna mutazione di cose aver potuto cancellare dall' animo nostro la memoria de' benefizj da lui a noi fatti. Seconde Dio ottimo massimo i nostri giusti voti, e questo ottimo Principe pel bene di tanti Regni, e per essere più lungo tempo di esempio a ben regnare al suo carissimo figliuolo, e nostro Re dolcissimo, per lunga serie d'anni sano, e salvo conservi.

gem nostrum, & Mariam Carolinam Austriacam celebratis nuptiis, unde paternæ, maternæque inclytæ stirpi haud dispar suborietur progenies, firmam, perpetuamque fore speramus.

FINIS.

no perpetuamente, ce lo fanno sperare le faustissime nozze poco fa fra il nostro Re celebrate, e Maria Carolina Arciduchessa di Austria, donde progenie nascerà non disuguale alla paterna, e materna inclita prosapia.

IL FINE.



